



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK  
IN WIEN

150374-B

ALT-





150374-B



DISSERTATIO POLITICO-JVRIDICA  
DE

**VSV JVRIS NATV-  
RALIS IN ACTIONIBVS  
PRINCIPVM CONSPICVO**

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO*  
DOMINO

**GVILIELMO HENRICO**

DVCE SAXONIE, JVLIE, CLIVIE, MONTIVM, ANGARIE  
ET WESTPHALLE ET RELIQA

CONSENSV ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS  
*IN ACADEMIA JENENSI*

PRÆSIDE ILLVSTRI

**CHRISTIANO WILDVOGELIO**

JCTO FAMIGERATISSIMO,

SERENISS. DVCIS SAXO-ISENACENSIS CONSILIARIO STATUS  
INTIMO, CVRIÆ PROVINCIALIS COMMVNIS, ET SCABINA.

TVS ASSESSORE DIGNISSIMO, NEC NON COLLEGII  
JVRIDICI SENIORE GRAVISSIMO,

*PATRONO AC PRÆCEPTORE SVO MVLTIS NOMINIBVS  
COLENDO,*

*Ad D. Martii c13 13 cc xiv.*

PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT  
AVCTOR


**HERMANNVS CAROLVS LVDOVI-  
CVS DE NAVENDORFF, Eq. Misn.**

The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that every entry should be clearly documented and supported by appropriate evidence. This includes receipts, invoices, and other relevant documents that can be used to verify the accuracy of the records.

The second part of the document outlines the various methods used to collect and analyze data. It describes how different types of information are gathered, processed, and then used to draw conclusions. This involves a systematic approach to data collection, ensuring that all relevant information is captured and analyzed in a consistent manner.

The third part of the document focuses on the interpretation of the results. It explains how the data is analyzed to identify trends, patterns, and anomalies. This involves a careful examination of the data to determine what it means and how it can be used to inform decision-making. The document also discusses the importance of communicating the results clearly and effectively to the relevant stakeholders.

Finally, the document concludes by summarizing the key findings and providing recommendations for future work. It emphasizes the need for ongoing monitoring and evaluation to ensure that the system remains effective and efficient. The document also highlights the importance of collaboration and communication between all parties involved in the process.



CAP. I.

DE

*Præsentis instituti ratione*

*& scopo.*

§. I.



Onarum artium & literarum studia principum personis quam maximè convenire, dubium omnino non est; siquidem tum demum Respublica beata esse dicitur, quando aut Philosophi imperant, aut Imperantes philosophantur, ex mente & iudicio PLATONIS *l. V. de Republica*: quocum conferri meretur AVG. BVCHNER. SAXONUM Tullius, *Orat. festiva XI. & XII.* qui istam Platonis sententiam facunde explicat. Addatur ISOCRATES

A 2

Epi-



Epistola ad Alexandrum scripta de *Studiis liberalium artium principe puero dignis*. it. STEPHAN. GVAZZVS, de *Civili Conversatione Dissert. IV. P. 3.* PHIL. COMINÆVS l. 3. *Comment. Historiæ Gallicæ p. m. 387. seqq.* BOECLERVS in *Historia Principum Scholæ prolegom. §. 5.* & quem primo loco laudare debebam, Magnif. Dn. BVDDEVS, in *Exercitatione Juris Naturalis, de cultura ingenii c. 2. §. 4.* Vnde & Alphonsus, Arragoniæ rex, quum audivisset, literas in principe improbatas esse à rege Hispaniarum, exclamavit: Bovis istam esse vocem, non hominis, quod PANORMITANVS in *Historia de dictis & factis Alphonsi* refert.

§. 2. Posteaquam vero eruditionis partes variæ sunt, prout innuit ADAM. RECHENBERG, *lib. singul. de studiis Academicis sect. I. c. I.* cognitio autem humana tam arctis circumsepitur limitibus, ut DAN. HEINSIVS inclytus ac summus Polyhistor, exclamandum de se statuerit: quantum est, quod nescimus! de quo confer. GEORG. PASCHIVS, *Introductione in rem literariam moralem veterem. c. 6. §. 2.* & BALDO JCTO, quem IASON in *Comment. ad l. 7. §. 6. ff. sol. matr. quem. dos petatur*, nihil ignorasse, dicit, conf. EVERHARD. *Topic. legal. loco 21. ab Effectu num. 1.* fatendum fuerit: si ex parte aliquid didicerim, in  
com-

comparatione tamen latitudinis intellectus, nihil me intellexisse intelligo, notante VALENT. GVIL. FOERSTERO, *l. 3. Historia Juris Civilis*, adeoque cupidus doctrinarum animus non quibusvis artibus ac scientiis indiscriminatim immergi debet, sed pro ingeniorum habitu, pro fortunæ & status conditione, pro fine & scopo, aliis alia eruditionis pars sequenda & frequentanda est diligentius. vid. RECHENBERG, *cit, loc. §. 10.* sane prudentiæ ratio postulat, ut princeps etiam omissis inutilibus & supervacaneis, vere utilia & ad finem suum necessaria studia tantummodo affectet, qualis Augustus, Romanorum Imperator, celebratur, qui in evolvendis utriusque linguæ autoribus nihil æque sectabatur, quam exempla & præcepta publice vel privatim salubria, teste SVETONIO *in vita Augusti Imperatoris Romani, c. 89.* conf. PVENDORFF. *de Jur. Nat. & Gentium, l. 7. c. 9. §. 2.*

§. 3. Nostro enim encomio nequitiam ma-  
 etatur Michael Ducæ filius, Byzantii Imperator,  
 qui ex institutione Mich. Pselli ita totum literis se  
 dedit, ut gubernatio rerum penes alios esset, & tur-  
 piter Imperium dehonestaretur. vid. ZONARAS *To-  
 mo 3. Annalium.* Et tantum abest, ut Adrianus  
 & Iulianus Imperatores, ex studiis suis gloriam &

immortalitatis famam principe dignam aucupati  
 sint, ut potius uterque probrosum Græculi nomen  
 inter suos reportarent. vid. AVREL. VICTOR, & AM-  
 MIANVS l. 17: Neque ex omni parte commenda-  
 mus Alphonsum, Arragoniæ Regem, qui impensis  
 quadragies mille coronatorum in rem astronomi-  
 cam factis, teste PETRO RAMO; l. 3. *scholarum Ma-  
 thematicarum*, intentius in cœlorum sidera, quam  
 in Rempublicam gubernandam, sua defixit lumi-  
 na, à qua semper abalienatum gestare videbatur  
 animum. vid. BERNH. GOMESIVS, *de vita & rebus ge-  
 stis Jacobi I. Regis Arragonia l. 18. fol. 544. Ma-  
 gnif. Dn. FVDDVS, supra cit. loc.*

§. 4. Equidem, tenuitatis meæ probe me-  
 mor, neutiquam in præsentiarum instituo illud in-  
 stitutum, ut, quæ ex multis studia literarum Prin-  
 ceptis pro scopo suo potissimum sequi debeat, pro-  
 lixis ego commentariis demonstrarem, quam illu-  
 stre ac utilissimam commentandi materiam jam-  
 dudum ante me non modo præstantissimi Docto-  
 res politici, sed summi quoque Principes summa  
 cum laude præceperunt, uti cognoscere est ex Ma-  
 gnif. Dn. SRRUVIO, *Bibliothec. Philosoph. c. 7. §. 11.*  
 § 12.

§. 5. Interim tamen juvabit nunc, animos  
 Prin-

Principum ad Jus Naturæ nonnihil, allexisse. Et  
 quanquam statim in limine hujus argumenti, ape-  
 rire se nobis poterat amplissimus differendi cam-  
 pus, de sapientissimo legis naturalis auctore, qui  
 Deus est. V. GROTI. *de Jure Belli ac Pacis* l. 1. c. 1. §. 10.  
 PUFENDORFF. *de Jur. Nat. & Gentium* l. 1. c.  
 VI. §. 13. & K. SAM. STRICKIUS, *annotat. ad Lauter-  
 bachii Compendium Juris tit. de justitia & jure*  
*verb. Quod est Jus divinum*: itemque de miran-  
 da antiquitate, quæ ad ipsam mundi originem pri-  
 mævamque hominum creationem referenda est.  
 vid. CHILIAN. KÖNIG, *in Practica* c. 1. n. 2. Magnif.  
 DA. BYDDEVS, *in historia Juris Naturalis* §. 1. nec  
 minus de excellenti ejus, quam tractat, materia,  
 deque laudabili scopo, ad quem disciplina hæc  
 connititur, de commendabili ejus simplicitate, quam  
 prædicat EMMANUEL PROBLEVS, *in der Einleitung zum*  
*Grund-Sätzen des Rechts der Natur* §. 1. ac  
 jucunditate, qua præstantissima quæque erudito-  
 rum ingenia turmatim hæctenus ad sui desiderium  
 rapuit, de ejus certitudine, de qua differit CORR.  
 HORNEI. *Philos. Moralit* l. 2. c. 2. n. 11. deque obli-  
 gatione universali, vid. GROENING. *Biblioth. Juris*  
*Gentium Exotica* l. 2. c. 2. §. 2. & interna, quæ no-  
 bilissima est, & alteram externam multis parasan-  
 gis

gis antecedit, vid. Illustr. Dn. THOMASIVS, *in fundamentis Juris Natura & Gentium l. I. c. V. §. 34.* collato textu cum ejusdem *l. I. c. IV. §. 61. & 64.* deque aliis denique compluribus locis, quæ laudes Juris Naturalis evehere ac deprædicare, Principumque animis insinuare posse videbantur. Quoniam tamen hodie potissimum rem quamlibet maxime literariam ex fructu & utilitate æstimare solemus: CARPZOV. *de Usu Practico Arboris Consanguinit. & Affinit. Disput. I. Posit. 2. n. 11.* JOH. GRTPHIANDEK *Oeconom. Legal. l. 1. c. 16. n. 21. & 22.* Ideo missis in præsentiarum istis omnibus, id tantummodo nobis agendum sumimus, ut Principes Regentes in potissimis actibus, qui ad ipsos pertinent, Juris Naturalis præsidio egregie juvari, pro ingenii modulo & intra dissertationis academicæ metas ostendamus, certa spe freti, fore, ut amica ac fructuosa Juris Naturalis cum sceptris Summorum Imperantium conspiratione probe percepta, germani juventutis Principes pleno istius studii desiderio flagraturi sint.

CAP.

CAP. II.

*Quid Princeps, quidve Jus Naturæ sit?*

§. I.

**D**icimus autem hoc loco Jus Naturæ, decretum Numinis, per rectam rationem hominibus innotescens, obligans eos ad faciendum vel omittendum, quod cum natura hominis convenit, vel non convenit, prout definitur Magnif. Dn. BVDDEO, *Elem. Philosophiæ practica Parte II. c. IV. Sect. I. §. 1.* Quocum valde convenit Illustr. Dn. THOMASIVS, *Jurisprud. Div. l. I. c. II. §. 97.* Quod divinum decretum postea declarat naturalem facultatem, cuius mortalium competentem, nec per jussum aut legem superioris, cui forte is subjectus sit, restrictam aut arctioribus inclusam limitibus. conf. Magnif. Dn. BVDDEVS, *Exercit. Juris Naturalis de Testamentis Summorum Imperantium spec. Caroli II. regis Hispania c. I. §. 3.* Et notandum insimul est, quod illud Jus Naturæ, in quantum integris gentibus applicari solet, Juris Gentium nomen induat. vid. THOM. HOBBS. *de Cive c. 14. §. 4. & 5.* Dn. BVDDEVS, *Elem. Philos. Pract. P. 2. c. 1. §.*

14. *seqq.* Nam peculiare Gentium Jus, quod gentes ex libera earum voluntate obliget, atque sic à Jure Naturæ distinctum sit, nequaquam nos admittimus.

§. 2. Equidem non ignoro, quod præter veteres JCtos HUGO GROTIUS, in eximio suo opere *de Jure Belli ac Pacis* passim, & JOH. SELDENUS, in *Mari clauso l. l. c. l. §. 3. & 7.* & maxime SAM. RACHELIVS in *pecul. Dissert. de Jure Gentium*, nec minus KYLPISIUS in *Colleg. Grotiano Exercit. l. ad l. l. c. l. §. 9.* peculiare ac distinctum quoddam à Jure Naturæ, Jus Gentium adstruere quam maxime allaborent. Verum enim vero, Gentes liberæ inter se invicem pares sunt, ideoque nec expressa nec tacita lex seu consuetudo penes eas obtinet, seque ipsas per modum legis non possunt obligare, non modo, quia voluntatem quis mutare & posteriori priorem legem abrogare potest, sed etiam, quia superior obligans ac inferior obligatus seu subditus non possunt simul stare in eodem subjecto. vid. CARPZOV. *Jurisprud. Ecclesiast. L. 2. tit. 25. Def. 403. n. 5.* STRUVIUS in *syntagmate Juris Civilis Exercitat. II. thes. 8.* RICHTER. *Centur. Regularum reg. 10. n. 2.* PUFENDORFF. *de Jure Nat. & Gentium L. 1. c. 6. §. 7. & L. 7. c. 6. §. 3.*

§. 3.

§. 3. Neque est, quod dicamus, uti in Statu Democratico membra inter se æqualia, si spectentur in universum, sibi constituent leges: ita nil ob stare, quo minus Gentes conjunctim sumtæ sese legibus invicem obligent. Nam longe est alia ratio aliquot populorum aut Patrum familias in Civitatem coeuntium, ac plerarumque Gentium in idem jus consentientium; siquidem illi aperte consensere, harum vero consensum neutiquam demonstraveris.

HOCHSTETTER: *Colleg. Pufendorffiano Exerc. III. §. 18.* Et quamquam alteram in aliquibus partibus alteram gentem secutam esse non negamus, sola tamen imitatio nec jus nec obligationem infert. PUFENDORFF. *de Officio hominis & Civis P. I. c. 2. §. 4.* Illustr. Dn. THOMASIVS *Jurisprud. Div. L. I. c. 2. §. 108.* addatur Dn. LUDOVICI *Usus Practicus Distinct. Juridicarum tit. de Justitia & jure Distinct. VI.* qui exemplum allegat Belgarum, excursores maritimos morte mulctantium.

§. 4. Distinguendam tamen Legem Naturalem ducimus à legibus divinis positivis universalibus, quarum obligatio ad omnes homines extenditur, sed nostri rationi ignota est, nisi ex sacrarum literarum oraculis accedat institutio.

§. 5. Postea, quod ex dictis jam constare



poterat, principem non appellamus saltem Romanum h. e. Cæsarem, qualis fuit Justinianus & alii, de quibus leges nostræ loquuntur. vid. §. 6. I. de Jure Natur. Gent. & Civili, cum integro tit. ff. de Constitutionibus Principum. add. JOH. CALVINUS, in Lexico juris voc. Princeps. neque ista voce nunc eos tantummodo denotamus, qui de Principatibus una cum dignitatibus ab Imperatore nostro sunt investiti, quam notionem singularem exponit BESOLDVS in Thesaur. practico, sub verb. Juristen. JOH. BORCHOLT. in Comment. ad Consuetud. feudales c. V. n. 25. Sed generatim hic Principis nomine eum innuimus, qui summa potestate gaudet imperandi sibi subjectis, jure proprio. Utque in latissimo terrarum orbe pro tanta vi Imperiorum, Regnorum, Ducatum & Rerumpublicarum nobis cognita, quamplurimi regnant Principes: ita speciatim Principes ac Status nostri Imperii Rom. German. rectissime huc quoque referuntur.

§. 6. Quanquam enim Status ac Principes nostri Imperii majestatis axioma præ se non ferunt; ipsis tamen competit superioritas territorialis proprio jure. v. ANDR. KNICHEN in tr. de sublim. & regio territorii jure c. I. n. 406. cujus vigore Imperatores sunt sui territorii; quo spectat criticissimum illud.

illud Publicistarum brocardicum: Tantum quisque Princeps potest in suo territorio, quantum Imperator in Imperio. vid. KLOCK. *de Contributionibus* c. 4. n. 143. BARTHOL. MVSCVL. *de Success. Conventionali & Anomala* cl. 1. Membr. 1. Concl. I. lit. D. n. 18. MYLER. AB. EHRENBACH. *de Statibus ac Principibus Imperii* P. I. c. 14. §. 8. *seqq.* RHETIVS *Institut. Jur. Publici* l. 1. tit. 22. §. 16. *seqq.* ANDR. KNICHEN. *de sublimi & Regio territorii jure* c. 1. n. 230. & 412. *seqq.* Indeque intuitu subditorum, status ac Principes nostri imperii, maxime majores, edictis & rescriptis suis sublimem formulam: *Nos Dei gratia, Wir von Gottes Gnaden* &c. æque ac aliorum regnorum summi Imperantes, licite præmittunt, quod usus quotidianus satis superque nos edocet. v. Excellentiss. DN. TITIVS, *specim. Jur. Publici* l. 3. c. 9. §. 16. & 17. IOACH. WIBELIVS, *de Contractibus Mulierum*, c. 1. n. 3. & summam ea omnia, quæ alias de juribus majestaticis docentur etiam sibi possunt applicare. vid. Illustris DN. THOMAS. *Disp. de jure aggrat. Princ. Evangel. in causis Homicidii* c. 1. §. 4. Quæ omnia tamen semper sunt intelligenda, salva Cæsareæ Majestatis supremitate, quæ hoc pacto non diminuitur, sed potius augetur. Quanto enim quis præest majoribus & digno-

gnioribus, tanto & ipse major censetur. vid. MV-  
 SCVL. *de success. Convent. & Anom. cit. loco.* SCHWE-  
 DER *Introduc. in Jus Publ. P. spec. Sect. II. c. X. §.*  
 3. & 4. SPEIDEL. *voce: Lands- Fürstliche Obrig-*  
*keit.* EICHEL. *Diff. de Jure Civitatis P. I. c. V.* In-  
 epte igitur prorsus Principes nostri Imperii compa-  
 rantur cum iis magistratibus, qui tempore Justi-  
 niani aliorumque erant, utputa prætor, procon-  
 sule, præside, præfecto prætorio, præfecto urbi &  
 qui erant reliqui. vid. MTLER. AB EHRENBACH *in Ar-*  
*chob. Ordinum Imperii c. 23. n. 12. seqq.* MVSCVL. *de*  
*success. Convent. & Anomola cl. I. Membr. I. lit. D.*  
*n. 20.* BOECLER. *notas & Animaduers. in Ottonis Jus*  
*Publ. p. m. 55.* HENR. HAHN. *in observat. ad VVesfen-*  
*becii Comment. ff. tit. de Jurisdictione n. 8. verb.*  
*Prorogata.* ZIEGLER. *de Jur. Majestat. l. I. c. XXX. §.*  
 XVII. quum ea contra multo potius habeantur  
 pro Regibus quodam modo, juxta BALDVM *in l. fin.*  
*C. de Testam. milit. addatur* RICHTER, *p. I. Dec. 12.*  
*n. 32.* Quam collationem etiam Carolus V. Rom.  
 Imperator non reprobavit, se in aliis regnis suis,  
 mancipiis atque servis, in Germania vero Regibus  
 imperare dicens. vid. JOACH. SCHEPLIZ. *Consuetud.*  
*Brandenburg. p. 3. tit. 3. n. 11.* ANDR. KNICHEN, *in tr.*  
*de sublimi & regio Territorii jure c. 1. n. 351. seqq.*

CAP.

CAP. III.

DE

*Usu Juris Naturalis, in actionibus  
Principum conspicuo.*

§. I.

**H**isce nunc præviis, primum generalis Principi usus Juris Naturalis in eo ponitur, quod actiones ille suas ex studio Juris Naturalis voluntati Dei, qui istam vivendi normam præscripsit, B. SAM. STRYCK. *Annot. ad Lauterbachii Compendium ff. tit. de just. & jure: verb. Quod est jus Divinum*, conformes instituere valeat, quod citra legis cognitionem præstari nequit. Quomodo enim obedientiam quis præstare possit, nisi ad quid teneatur probe noverit? verissime inquit RUFENDORFF. *de Jure Natura & Gent. l. I. c. 6. §. 13.* Princeps ergo, quanto studiosius tractat Jus Naturæ, tanto plenius obedire poterit summo legislatoris Numini, tantoque potius suæ obligationis explebit partes.

§. 2. Quod autem omnino Princeps Jure  
Natu-

Naturali obstrictus sit, res per se plana est, nec nostra indiget demonstratione; quandoquidem Deus, creator & conservator hujus universi O. M. concessio rationis usu, omnium hominum cordibus istam legem inscripsit, hocque ipso & sancivit & promulgavit, qui Imperantium actus formam alias legi dant, ac inducendæ obligationi videntur sufficere. V. HENR. HAHN. *in observ. ad VVesenbec. Comment. ff. tit. de LL. n. 7. verb. omnes obligent.* addatur CICERO *L. 1. de Legibus.* Indeque vehementer stringunt verba ARN. VINNII JCTI, dum Principes aut hominæ non esse, aut naturæ LL. pariter teneri concludit, *in Comment. ad §. fin. I. Quib. mod. testam. infirm.* ac plenissimo ore nos suffragamur PLUTARCHO ad Principem indoctum, sequentem in modum differenti: *Quis ergo imperabit principi? Lex, omnium rex mortalium & immortalium, ut ait Pindarus, non ea foris scripta in libris aut lignis insculpta, sed viva in corde ipsius ratio semper una habitans atque excubans & animum nunquam sinens esse principatus vacuum &c.* CONF. JAC. ATRER *im. historischen Processu Juris p. 2. t. 9. n. 13.* HERM. VULTEJUS, *Comment. ad §. 7. I. de I. N. & Gent. l. 7. c. 6. §. 3.* imprimis vero DN. BVDDEVS *in pecul. Dissert. de principe soluto legibus humanis, sed non divinis, propof. I.*

§. 3. Deinde vero non minor Legum Naturalium usus Principi nascitur exinde, quod secundum istam Juris Naturalis regulam, facultatem suam & jus agendi æstimare debeat. GROTIUS *de Jure Belli ac Pacis* l. 1. c. 1. §. 1. Siquidem ex legibus positivis humanis, qua tales sunt, nulla omnino principi posita est actionum norma atque directrix, istisque omnibus princeps est solutus. v. PFENDORFF. *de Jure Nat. & Gent.* l. 7. c. 6. §. 3. Illustr. Dn. THOMASIVS, *Jurispr. div.* l. 3. c. 6. §. 118. JOH. SCHILTER, *in Praxi Jur. Rom. in foro German. Exerc. I. Coroll. 6.* non tantum quoad vim coactivam, uti loquuntur, sed etiam directivam. STRUV. *Syntagn. Jur. Civ. Exerc. II. th. 2.* L. B. DE LITCKER, *Analectis ad Struvii d. l. p. 10.*

§. 4. Etenim nemo in his terris princeps est superior. Nam quod Rom. Pontifex in universum terrarum orbem sibi imperium tribuat, merum est commentum, ex fastu Hildebrandino natum. vid. ZIEGLER. *de Juribus Majestatis*, l. I. c. V. §. 20. adeoque nullum principium adest, unde legalis ducatur obligatio, quæ semper tendit à superiore ad inferiorem seu subditum. vid. STRUV. *Syntagn. Jur. Civ. loc. cit.* DAN. OTTO, *tr. de Majestatis Imperantis & Imperii* c. 2. §. 4. nec ipse sibi legem potest

C

est

est imponere, a qua recedere ei non liceat, per ea, quæ *supra cap. 2. §. 2.* demonstravimus. Accedit, quod quum legem, ne campana sit sine pistillo, semper comitari debeat poena, princeps semetipsum cogere non possit, siquidem violenta actio requirit principium externum, nec ulla coactio potest procedere, nisi à voluntatibus diversis: cogens enim & coactum distinctas personas requirunt. *CONF. HARN. in observ. ad Vvesenbecii Comment. ff. tit. de LL. n. 7. verb. omnes obligent.* Denique, quum etiam princeps leges condat, interpretetur & pro arbitrio aboleat, *VUI TEJ. Jurisprud. Rom. l. 1. c. 12.* qui actus non sunt obligatorii, sed soluti legibus; evidens inde rursus argumentum est, non subjacere principem legum humanarum arbitrio. Quod idem quoque ad Principes nostri Imperii quadrat, intuitu earum constitutionum, quas in suis provinciis præscribunt subditis. *STRUV. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. II. tb. 10.* Et quanquam communes Imperii leges servare debeant. *STRUV. cit. loco.* tamen in plerisque causarum civilium capitibus libertate civili eos perfrui, ex infra dicendis patefcet.

§. 5. Utque sententiam nostram magis demus declaratam, initio constat inter omnes, illud, quod prin-

Principi placuit, legis habere vigorem. §. 6. I. de  
*Iur. Nat. Gent. & Civ.* quæ sententia non tantum  
 vera est de Imperatore nostro Rom. German. vid.  
 PAUL. DE FUCHS, in *Paraphrasi Institutionum ad cit.*  
 §. 6. HAHN. in *observ. ad VVesembec. Comment. ff.*  
*tit. de LL. n. 7. verb. Principe excepto*, sed etiam  
 de omnibus iis, penes quos in Republica summa  
 est rerum potestas seu Majestas, siquidem legum  
 ferendarum jus inter Regalia majora primum est,  
 & ad essentiam majestatis pertinet. vid. CASP. ZIEG-  
 LER. de *Iur. Majest. l. I. c. V. §. 1.* DAN. CLASEN. *po-*  
*lit. l. 3. c. 4. §. 1.* Illustr. Dn. PRASES, in *Diss. de eo,*  
*quod justum est, sed non decorum §. LXXX.*

§. 6. Idemque hodie de omnibus Principi-  
 bus nostri Imperii est intelligendum. vid. Excell.  
 Dn. TITIVS in *Specim. Jur. publ. l. 3. c. V. §. 15.* Ma-  
 gnif. Dn. STRUV. in *Syntagm. Juris publici Dissert.*  
*XXVI. §. 43. seqq.* GAIL. l. 2. *observ. 127. n. 8.*  
 imprimis vero *art. VIII. Instrum. Pac. RICHTER. De-*  
*cis. IV. P. I. n. 15.* non modo in territoriis respectu  
 subditorum, quod infinitæ ipsorum constitutiones  
 provinciales, processuum, appellationum, foresta-  
 les, metallicæ &c. à multo inde tempore ab iis  
 proditæ abunde eloquuntur, quæ citra omnem  
 controuersiam vim legis obtinent, & pœnam con-



cranitentibus infligunt. RICHTER. *Decis. 4. P. I. n. 17.*  
 L. B. DE LITCKER, *Disceptat. forens. Resol. XXIV.*  
 ac in Camera etiam Imperiali in causarum decisio-  
 nibus attenduntur. vid. *O. C. p. 1. tit. 57.* von des  
 Keyserl. Cammer-Richters und des Besizers  
 End. *ibi.* Nach redlichen / Erbarñ und Ländi-  
 schen Ordnungen / Statuten und Gewohnhei-  
 ten der Fürstenthumben / Herrschafften und Ge-  
 richte: modo allegentur, legibusque Imperii com-  
 munitibus ne repugnent. CONF. JAC. BLUM. *Proc. Cam.*  
*tit. 2. §. 16.* CASP. ZIEGLER. *de Jur. Majest. l. I. c. V.*  
*§. 10.* DN. STRUV. *Syntagm. Jur. publ. Diss. XXVI. §.*  
*44.* Excellent. DN. TITIVS *Specim. Jur. publ. l. III.*  
*c. V. §. 15.* ANDR. KNICHEN. *tr. de sublimi & Regio*  
*Territorii jure c. 1. n. 397. seqq.* verum etiam in-  
 tuitu Imperii, quo una cum Imperatore leges con-  
 dunt publicas ac toti Imperio communes *Art. VIII.*  
*Instrum. Pacis. §. gaudeant.* SCHWEDER. *Introd. in*  
*Ius publ. P. spec. sect. I. c. 25. §. 2.* BOECLER. *Nat.*  
*& Anim. in Ottonis Jus publ. c. XI. p. m. 76.* HAHN.  
*in observ. ad VVesfenbec. Comment. ff. tit. de LL. n.*  
*3. verb. hodiè.* CARPZOV. *de Lege Regia German.*  
*c. 3. Sect. I.*

§. 7. In hujus autem potestatis legislatoriae  
 exercitio, princeps corporis animique oculos non  
 alio

alio magis, quam in ipsum naturæ jus intentos defixosque gestare debet, siquidem lex ideo fertur, ut sit regula iusti: at quando lex iniqua est & iustitiæ naturali repugnat, qualem Cabades Rex Persarum sanciverat, de eo, ut omnes foeminae essent communes, vid. PROCOPIVS *de bello Persarum* l. I. p. 121. tunc neque lex amplius est dicenda, sed corruptela potius, sicut horologium cum motu solis non consentiens, non est horologium, sed mera horarum perturbatio & confusio. V. CASP. ZIEGLER. *Dicaſtice Concl.* 37. §. 1. Quamobrem, autore Augustino *can. in istis. Dist.* 4. priusquam leges ferantur, de earum rationibus disputandum est, quas ex intima philosophia accessit CICERO l. 1. de LL. sive ut MATTH. WESENBECK. *in Paratit. ff. tit. de LL. n. 5.* loquitur, omnes istæ, quæ in civitate sanciantur, leges, ad regulam summæ illius legis, quam in mente, tanquam criterium & normam omnis juris, circumferimus, congruant & adaptentur, necesse est. conf. CARPZOV. *Iurisprud. Eccl.* l. 2. *Def.* 163. Quorum tamen verborum sensus non hic est, ac si jus à potestate humana profectum præcise bonitatem moralem secum continere, actumque virtutis positive imperare debeat. Nam jus civile ob necessitatem ac utilitatem pec-

culiarem Reipublicæ, modo addit, modo detrahit aliquid juri naturali & gentium. *l. 6. ff. de just. & jure.* STRUV. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. I. th. 58.* sed ita respectus civilis ad naturalem legem fieri debet, ut illa post normam verbi divini huic ne contrarietur, adeoque ne saltem injusta sit. V. L. B. DE LTNCKER. *Anal. ad Dessel. Erotem. Jur. Canon. l. I. tit. 1. qu. 12.* CLASEN. *Polit. l. 3. c. 4. §. 4.*

§. 8. Quod ipsum in omni causa quomodo cavendum sit, egregie exponit GASP. ZIEGLER. *de Jur. Majest. l. I. c. V. §. 40. seqq.* hisce VI. conclusionibus: (I.) Quodcunque natura mandavit simpliciter, illud prohiberi à Majestate nequit. (II.) Quicquid natura absolute prohibet, juberi à Majestate nequit. (III.) Quicquid jussit natura simpliciter & absolute, id simpliciter jubere & præcipere licet Majestati. (IV.) Quicquid prohibet natura absolute, prohibere etiam licet Majestati. (V.) Quicquid natura jussit sub certa limitatione & restrictione, & sub certo statu, licet Majestati in casu sub ista limitatione & statu non comprehenso prohibere. (VI.) Quicquid natura nec jussit nec prohibuit, sed indeterminatum reliquit, id à Majestate prohiberi potest pro lubitu aut præcipi.

§. 9. Neque alia in dubio interpretatio in  
rescri-

rescripta principum cadere debet, quam quod emissã sint cum justitia & salvo jure tertii, quod re-  
 etissime notat L. B. DE LYNCKER *Decis. 1299. GAIL.  
 pract. Observ. l. 2. obs. 76. n. 10. & BALDUS in l. 1.  
 ff. de Constitut. Principum.* h. e. ita intelligenda  
 sunt, ut nemini injuriam faciant, nec jus tertii læ-  
 dant, sed salvum & illæsum relinquunt: siquidem  
 intentio principis talis esse debet ac præsumitur,  
 qualis est legum candor & rationis naturalis inte-  
 gritas. CARPZOV. *Jurisprud. Eccles. l. 2. Def. 163. n. 8.  
 GAIL. cit. loco, § 4. 2. Obs. 58. n. 4. RICHTER. Decis.  
 Jur. P. I. Dec. 12. n. 27. seqq. & L. B. DE LYNCKER  
 Disceptat. forens. Ref. XXV.* Indeque derivandum,  
 quod in nostris foris admodum solenne est, ut  
 à parte læsa opponatur exceptio sub- & obreption-  
 nis, quia nimirum vel per reticentiam veri, vel per  
 mendacium petentis circumventus princeps, ejus-  
 modi decreta prodidisse existimatur, non omnino  
 concessurus, si fuissent expressa, quæ ab impetran-  
 te consulto, dolo & malitiose, non per simplici-  
 tatem & ignorantiam suppressa. vid. RICHTER. *tr. de  
 signife. Adverbiorum, in adverb. obreptitæ p. 516.  
 SAM. STRUCK. in Annotat. ad Lauterb. Compend. Ju-  
 ris tit. de Constitut. Principum, verb. Nullius sunt  
 momenti.* add. ZANGER. *de Exceptionibus p. 2, c. XVII.*

n. 2. *seqq.* ubi tamen Principis jussioni secundæ, si sequatur, præcise standum est, neque admittitur ulterior oppositio. *GALL. l. I. observ. 35. n. 7. & factum Principis inter casus fortuitos referri debet. CARPZOV. Respons. Elector. l. 2. Resp. 64. n. 18. L. B. DE LITSCKER. Anal. ad Struvii Syntagm. Jur. Civ. tit. de Evictionibus tb. 30. GRYPHIANDER Oeconom. Legal. l. 2. c. 11. n. 73.*

§. 10. Quod Princeps autem legibus suis nil statere possit, quod à legum naturalium decretis discordet, illud requiritur sane, non eum in effectum, ut obligatio inducatur subditis: Hi enim principi etiam duriori & iniquo promptum debent obsequium. *SCHOENBORN. Polit. l. 3. c. 37.* modo obedientia hæc non cooperetur simul iniquitati & delicto, sed in nudis terminis passivis persistat. Nam alias, quia Deo magis quam hominibus debetur obedientia, suum obsequium hætenus subditus recte denegat. *CASP. ZIEGLER. de jur. Majest. l. I. c. V. §. 82.* exemplo obstetricum, quæ impiam Pharaonis Ægyptiorum Regis de infanticidio latam constitutionem juste omittebant. *Exod. 2. vers. 16.* sed ideo justam princeps condit legem, quod a divina auctoritate lex naturalis profluxit. Si enim magistratui inferiori etiam jure civili non licet quic-

quicquam contra superioris legem moliri. *l. 2. P. de offic. prof. prat. orient.* multo minus sane Principi tale quippiam adversus Dei legem permissum esse debet. FRANC. ZOANNET. *in Comment. ad l. ut vim. 3. ff. de just. & jure. p. m. 110.* ZIEGLER. *de jur. Majest. l. 1. c. 8. §. 3.* imo sequitur Princeps justitiam, ut quietum, stabile fixumque possideat regnum. vid. DAN. OTTO *in Iure publ. c. 8.* quum ea contra, per injustitiam evertantur regna. HERTIUS *Element. Prud. Civ. P. 2. Sect. I. §. 15. & 16.*

§. II. In causis MATRIMONIALIBVS, quarum adjudicatio summorum Imperantium cuilibet rectissime debetur, nostrisque Augustanæ Confessionis addictis Principibus Imperii plena manu indulgeta est, postquam in eos Pontificum Romanorum potestas, communi ordinum consensu, suspensa fuit, per saluberrimam longeque famosissimam illam Imperii legem fundamentalem de Pace Religionis, in Augustanis comitiis *an. 1555* sancitam, ac postea iterum iterumque diversis in comitiis Imperii repetitam ac confirmatam, v. Excellentiss. Dn. TITIVS, *in specim. Jur. Publ. l. 2. c. V. §. 1. & 2.* Dn. STRUV. *Syntagm. Iur. Publ. Diff. VI. & XLV. & L.* SCHWEDER. *Introduct. in Ius Publ. p. spec. Sect. 2. c. 17. §. 23. seqq.* MVSCL. *de success. Convent. & Anomol.*

D

cl. I.

*cl. I. Membr. 2. Concl. V. lit. A. n. 160.* ANDR. GTLMANN. *in Sympbor. P. I. Tom. I. tit. 3.* Leges humanas etiam Princeps nihil omnino debet attendere: foret enim indignum, communibus legibus Principes constringere, ut nullis in rebus eis quicquam, quod tamen sine offensione Dei & injuria subditorum fieri possit, concedatur, nisi quod infimis conditionibus ex lege communi conceditur, cum tamen multis privatis, propter singularia in Rempublicam & ecclesiam merita, juste concedantur privilegia. CARPZOV. *Jurisprud. Eccles. l. 2. Def. 110. n. 3.*

§. 12. Quamobrem, ut connubium Principum suum capiat robur, consensus matrimonialis efficit, in quo natura videtur acquiescere. vid. ULPIANUS *l. 15. ff. de Condit. & demonstr.* ZIEGLER. *ad Grotium de Jure Belli ac Pacis l. 2. c. V. §. 8.* DN. BVDDEVS *Elem. Philos. Pract. P. 2. c. 4. Sect. 10. §. 7.* verum hierologiae seu benedictioni sacerdotali, quae pia observantia neutiquam jure naturali innititur, in quam sententiam inclinatur CARPZOV. *Jurispr. Eccles. l. 2. Def. 142.* sed potius ad festivitatem, solennitatem, publicationem, quam ad substantiam matrimonii requiritur. v. PETR. MÜLLER. *Diff. de Hierologia Sect. I. tb. 6.* RICHTER. *de jure success. ab intestato Sect. I. Membr. 3. n. 13.* STRUV. *Syntagm. Jur.*

*Iur. Civ. Exerc. 29. th. 26. SAM. STRUCK. Annot. ad Lauterb. Compend. Iur. tit. de ritu nuptiarum. verb. Nec accedente sacerdotali. p. m. 676. non nisi mera ex voluntate se submittit. v. Excell. Dn. TITIVS, in Specim. Iur. Publ. l. 4. c. 9. §. 4. quem sequitur KESTNER. in tr. de Defectibus juris Communis in Germania. Problem. V. §. 8. Idque vel in propria persona, vel per procuratorem seu legatum, quemadmodum in omnium ferme memoria adhuc hæret exemplum illustre, ubi Leopoldus Imperator gloriosissimæ memoriæ, Margaretham Theresiam Augustam, Ducis de Medina Celi interventu, Madridi in Hispania sibi connubio jungi propriamque dicari voluit. vid. Diarium Europæum continuatum n. 14. p. 282. & Anonymi Leben und Thaten Josephi I. c. I. §. 2. Pari modo instructi erant Cardinalis Mazarini & Don Louys de Haro d. 7. Nov. 1659. inter Regem modernum Galliæ Ludovicum XIV. & Mariam Theresiam Hispanam firmare matrimonium. vid. L. B. DE LYNCKER, Diff. de Commissario Imperiali §. 6. addatur B. SAM. STRUCK. Diff. de Secundis Nuptiis c. 3. th. 6. qui plura hujus rei exempla cumulat. Itemque in gradibus humana autoritate prohibitis, immunis agit, quoniam sibi ipsi dispensare atque relaxare potest. v. ZIEGLER*



*de Jur. Majest. l. I. c. XIII. §. 22. seqq.* CARPZOV. *Jurisprud. Eccles. l. 2. Def. 142.* JOH. SCHILTER. *Institut. Jur. Canon. l. 2. tit. X. §. 30.* Quam veniam seu dispensationem Principes ac Status Imperii catholicæ religioni addicti, à Papa Romano hodiernum petere assolent, testante B. SAM. STRYCK. *in Annotat. ad Lauterb. Compend. Jur. tit. de ritu nupt. verb. vim obligant.* SCHWEDER. *Introd. in Jus Publ. P. spec. Sect. 2. c. 17. §. 22. seqq.* L. B. DE LTNCKER. *Dissert. de Libertate Statuum Imperii Sect. 2. §. 4. p. m. 37.* licet satis constet, Romanum istum Præsidem dispensare non ex genuinis boni & æqui principiis, sed ex rationibus politiciis & quam maxime pro loculis replendis. vid. CASP. ZIEGLER. *de jur. Majest. lib. I. cap. 7. §. 19. Et 20.*

§. 13. In tantum tamen ista dispensandi libertas inter Principes procedit, quantum sanctissima juris naturalis & divini decreta non refragantur, utpote quæ ex oculis nunquam poterit princeps dimittere: Nullo modo enim subscribere possumus Bellarmino, Gregorio de Valentia, Lorino, H. Zoefio, aliisque, qui circa matrimonium in gradibus etiam jure divino prohibitis, licite dispensari posse à Papa Romano nugantur. v. ZIEGLER. *de jur. Majest. l. I. c. 7. §. 15.* CARPZOV. *Jurisprud. Eccles.*

*cles. l. 2. Def. 109.* dum multo potius circa prohibitiones divinas ac naturales nullam admittere possumus dispensationem, ideo, quod istæ universales & immutabiles, proindeque Principi etiam, ac ipsi Papæ Romano sacræ sint, pro certo obtinemus. vid. DIDAC. COVARRIV. *Epit. l. 4. Decretal. p. 2. c. 6. §. 9.* CARPZOV. *Jurispr. Eccles. l. 2. Def. 109.* SCHWED. *Introd. in Jus Publ. P. spec. Sect. 2. c. 17. §. 22.*

§. 14. Contrarium nuptiis est divortium, cujus causæ ex usu fori nostri ecclesiastici comprobata, citra omnem dubitationem justissimæ sunt. vid. CARZOV. *Jurisprud. Eccles. L. 2. Def. 189.* SCHILTER. *Institut. Jur. Canon. l. 2. tit. 12. §. 3.* ~~WASSER~~ *Comment. ff. tit. de Ritu nuptiarum §. 8.* Sed sterilem conjugem princeps annon divortio factò poterit dimittere? Sane, quod primarius conjugii finis ita impediatur, sufficiens ad divortium faciendum causa sæpenumero fuit inde accersita: Nam in vulgus innotuit historia Spurii Carbilli Rugæ, qui Romæ de amicorum sententia divortium cum uxore fecit, quod sterilis esset, jurassetque apud censores, uxorem se librorum procreandorum causa habere. vid. A. GELLIUS *Noct. Attic. l. 17. c. 21.* pariterque in Spartana Republica Anaxandrides Rex, sterilem uxorem

repudiare jubebatur, teste HERODOTO, l. V. *sua Historia*, ipsumque jus civile Romanum, cujus æquitatem tantopere deprædicat *Molinaus in Comment. ad Consuetud. Parisiens. tit. de fiefs. n. 110.* Sterilitatem conjugum justis divortii causis accenset. l. 160. §. 1. ff. de *Don. inter vir. & uxor.* SIMON. *Delin. imper. conjug. c. 7. n. 22.* Quoniam tamen nullus in hac causa dolus subesse intelligitur, dum penes hominem non est fœcunditatem præstare, vid. PUFFENDORFF. *de Jur. Nat. & Gent. l. 6. c. 1. §. 21. &* quod rei caput est potissimum, hæud raro evenit, ut progressu temporis sterilitatis vitium corrigatur. SIMON. *cit. loco n. 21.* CARPZOV. *Jurispr. Eccles. L. 2. Def. 200. n. 6.* patiente spe, ut Princeps se sustentet, æquitati omnino est conveniens. MYLER. AB EHRENBACH. *Gamalog. c. 4. Sect. 1. §. 1. seqq.* HOCHSTETTER. *Colleg. Puffendorff. Exerc. 9. §. 15.* Quo ipso recedimus à sententia Illustr. DN. THOMASII *in Jurisprud. div. l. 3. c. 2. §. 133. seqq.* qui sterilitatem sufficientem & adæquatam esse divortii causam putat, ideo, quod infœcunditas seu sterilitas pro casu habeatur: at casum regulariter is sentire debet, quem proxime afficit, neque adeo posset postulare conjugum sterilis, ut alter consecutione finis, quem frustra in illa societate quærit, defraudetur, nec aliunde eum

de eum ipsi invenire liceat. Nam si casus fortuitus matrimonialem contractum dissolvere statim potis est, etiam uxor violento stupro cognita divortio præbebit causam, quod tamen ipse Dn. THOMAS. cit. loc. §. 132. abnuvit.

§. 15. Coeterum evenire solet, ut imperium ad Principes ætate minores deveniat, qui, quum moderandis ipsi rebus apti esse nequeant, recte illis constituuntur Tutores ac Curatores. Naturali enim juri est conveniens, ut is, qui perfectæ nondum est ætatis, alterius tutela regatur. §. 6. I. de Attilian. Tutore. Excell. Dn. TITIVS *Specim. Jur. Publ. t. 4. c. 6. §. 1.* ANDR. KNICHEN. *tr. de Saxonum jure non provocand. c. V. n. 1.* RUGLER. *de Tutelis Illustrum §. 10.*

§. 16. In deferenda autem ista tutela non spectamus ordinem Juratorum Romanorum, qui primo loco testamentariam, dein legitimam & postea dativam admittunt. vid. TOB. HEUDENREICH. *in Clammero redivivo & Scheplizio enuch. tit. 33.* RICHTER. *P. I. Dec. 12.* sed ex naturali æquitate respectus est faciendus ad regna, utrum sint regna patrimonialia, an legitima seu non patrimonialia; sique ea sint patrimonialia, ubi omnia licent, quæ patrifamilias in suo patrimonio naturaliter

liter indulgentur / nihil omnino Principem impedit, quo minus liberis suis & proximis consanguineis, maxime vero dignitatis suæ heredi, tutorem designet testamento, vel quavis ultima voluntate, quum nemo patrumfamilias hac tutoris dandi facultate destitutus esse videatur. vid. ZIEGLER. *in not. & animadv. in Grot. de J. B. & P. l. 1. c. 3. §. 15.* qua testamentaria dispositione deficiente, recte isthanc curam subeunt proximi successores consanguinei, quippe quorum interest, Rempublicam rite administrari; contra vero in regnis legitimis seu non patrimonialibus, extra omnem dubitationem penes eos tutela residet, quos lex publica, vel hac silente consensus populi vocaverit. vid. GROTIUS *de Jure Belli ac Pacis l. 1. c. 3. §. 15.*

§. 16, Etiam Principes nostri Imperii jure constituendi tutores libere utuntur. vid. MTLER AB EHRENBACH *de Princip. & Statibus Imperii c. 29. n. 3.* Excell. DN. TITIVS *Specim. Jur. Publ. l. IV. c. 6. §. 8.* addatur Recessus Imperii *de 1570. & 1577. tit. 13.* Nec tamen opus est, ut legum civilium auctoritati obsecudent. Quod igitur leges Romanæ requirunt, ut tutelæ datio fiat testamento perfecto. *l. 1. §. 1. ff. de Confirm. tit. tut. & §. 3. §. de tutoribus. codicillis, vel testamento confirmatis. l. 3. pr. ff. de testam.*

*testam. tut.* illud principem neutra ex parte strin-  
git, quippe qui testamento, seu solenni seu minus  
solenni, epistola etiam, per quam alias tutorem  
non posse dari indubitati juris est, teste Alexandro  
Imperatore, *l. 2. C. de confirm. tut.* & quacun-  
denique ultima voluntate, tutorem recte consti-  
tuit. conf. Excell. Dn. TITIVS *in specim. Iur. Publ.*  
*l. 4. c. 6. §. 12.* Non tamen absque confirmatione præ-  
via Imperatoris, propter *Reformationem Politicam*  
*de anno 1577. tit. 32. von der Pupillen und min-  
derjährigen Kinder Tutoren.* HAHN. *in observat.*  
*ad VVesensbec. Comment. ff. tit. de Tutelis n. 6. verb.*  
*id tamen in genere sciendum est*, quicquid dissen-  
tiat SCHRADER *de feudis P. X. Sect. 19. n. 18.* Et quan-  
quam Princeps se creditorem pupilli esse non ma-  
nifestavit, creditum tamen suum non amittit, con-  
tra *Nov. 72. §. Authent. Minoris C. qui dare tut.*  
quod prolixè exponit RICHTER *P. I. Dec. 12. n. 19.*  
*seqq.*

§. 17. Electores tamen respectu filiorum he-  
redum merito abstinere à dandis tutoribus, post-  
eaquam per *A. B. c. 7.* evidenter constitutum est,  
ut, si Principem Electorem, vel ejus primogenitum  
aut filium senioreni laicum mori, & heredes ma-  
sculos legitimos laicos defectum ætatis patientes  
E relin-

relinquere contingeret, frater tunc senior ejusdem primogeniti, tutor eorum & administrator existat, donec senior ex eis legitimam ætatem attigerit, & sic proximus agnatus jus administrandi quæsitum nactus est, quod nemini auferendum est. vid. JOH. GOEDDEVS *de V. S. in l. 120. n. 3. in fine.* ERNEST. COTHMANN. *l. 1. conf. 43.* & DIONTS. GOTHOFREDI *Diff. de Tutelis Electoralibus testamentariis, legitimas excludentibus.*

§. 18. Equidem non ignoro, exemplum Joh: Bipontini, qui ex testamento Friderici Electoris Palatini ad tutelam & curam Friderici V. & Ludovici Philippi, filiorum ejus vocatus, contra Philippum Ludovicum Neoburgicum obtinuit. Nam in vulgus noti sunt ejusdem causæ defensores MARQ. FREHER. *in tr. de Legitima Tutela curaque Electorali Palatina,* & DIONTS. GOTHOFRED. *cit. loco,* quibuscum præter multos alios novissime facit RHETIUS *Institut. Jur. Publ. l. 1. tit. 7. §. 9.* qui auctores allegatum *A. B.* textum non exclusive, sed dispositive intelligi volunt. vid. LUDOV. PETRI GIOVANNI *Germania Princeps l. V. c. 1. p. 37.* Verum, si exemplis exempla compensare licet, quis erit in historiarum monumentis tam hospes, qui anno 1449. Friedericum, contra Ludovici IV. testamentum Philippo

lippo, & anno 1583. Johannem Casimirum, non at-  
tenta Ludovici IV. voluntate ultima, Friederico tu-  
tores, invitis Diis, extitisse ignoret? neque defue-  
runt causæ Neoburgicæ pro tutela legitima strenui  
propugnatores. vid. JOH. ZESCHLINUS & ZACHAR.  
FRIEDENREICH *in tr. de Tutela Electorali Legitima*,  
qui postea immensum fere asseclarum agmen post  
se traxerunt, explicatum ex parte à SCHWED. *Introd.*  
*in Ius Publ. P. spec. Sect. II. c. 3.* ANDR. KNICHEN, *in*  
*Comment. de Saxon. jure non provoc. c. V. n. 43.*  
*seqq.*

§. 19. Et parum apposite hic dicitur, dispo-  
sitive tantum loqui A. B. Nam præter jus com-  
mune aliquid novi introducere voluisse Carolum  
IV. Imperatorem, ipsique in animo fuisse omnem  
obscuritatem circa successiõnem & tutelam tollere,  
ne inter Electorum filios in posterum scandalorum  
& dissensionum possit materia suscitari, & sic bonum  
commune periculosis dilationibus impediri, proli-  
xe præfatus satis aperte innuit. vid. STRUV. *observat.*  
*feudales c. V. §. 6.* Et sane minus bene Joh. Bi-  
pontino Principi cessit tutelæ Palatinæ administra-  
tio: quomodo enim adversus serenissimum hunc tu-  
torem testamentarium Camera Imperialis proces-  
sum decreverit, explicat JOH. KOEPPEN. *L. 1. obs. 67.*



Quomodocunque autem Principi administratio tutelæ committatur, eam ob favorem teneræ sibi que non sufficientis ætatis summa fide esse tractandam, jus naturæ constituit; nam tutela est jus tuendi, non consumendi; ad tuendum pupillum constituta est, non ad deglubendum, uti probe loquitur WESENBECK. *Paratit. ff. tit. de Tutelis. n. 6.* add. PUFENDORFF. *de Jure Nat. & Gent. l. 4. c. 4. §. 15.* Quod sanctissimum divini Numinis rectæque rationis effatum, intimis animi sui præcordiis tanto firmiter imprimere Princeps debet, quanto magis illud à multo inde tempore, juxta praxin seculi, neglectum ac desuetudine quasi inumbratum fuit. Jam olim enim QV. AUREL. STYMMACHUS, multiformem plerumque esse perfidiam tutorum, inque varias se frequenter artes vertere, edixit, *l. 7. Epist. 65.* & proverbium: *Raro in tutore fides:* Es wird selten ein guter Vormund gebohren / vid. WEHNER. *in verb. Ger. haber /* omni tempore ita obtinuit, ut CTPRÆUS particulam ejus *Raro*, in *Nunquam* convertendam esse censuerit, *de jure Connubiorum c. 6. §. 9. n. 13. seqq.* ipsique Summi Imperantes, in quos alias sinistra fraudis & machinationis opinio, & suspicio ut in Principes & illustres personas minime cadere debet, cum Principes deceat esse potius

tius vindices fidei & dexteritatis, immobilesque in bona fide tanquam lapis angularis & polus in cœlo, ut loquitur BALDUS *Vol. 1. Conf. 327. n. 4.* tutelam sæpe ex fide gerunt, sed sæpenumero principes pùpillos suos tollunt, aut certe eis regnum præripiunt; quam in rem complura exempla congescit IOH. NIC. HERTIUS in *Diff. de Tutela Regia. Sect. 2. §. 1. add. ej. Elem. Prudentia Civilis. P. 2. Sect. V. §. 25.* itemque GRYPHIANDER *Oeconom. Legal. l. 2. c. 24. n. 26. seqq.*

§. 20. Tutela vero Principis quando finiat, à natura accurate determinatum non est, sed ex cujusvis regni moribus peculiariter est æstimandum. vid. VINDIC. VITRIAR. CASTIG. §. 163. *seqq.* Sic Carolus V. Rex Galliaë definivit annum XIV. in regno Galliaë, quod exemplum in Hispania quoque & Lusitania Reges securi sunt, uti ex Thuano refert HERTIUS, *Elem. Prudent. Civ. P. 2. Sect. V. §. 30.* BARTH. MVSCL. *de success. Convent. & Anomola. Cl. 1. Membr. 2. Concl. 7. lit. C. n. 328.* Carolus IV. Imperator Romanus quoque in Electoribus Germaniaë XVIII. annum completum & perfectum constituit, juxta tenorem *A. B. c. 7. §. 4.* STRUV. *Syntagm. Iur. Publ. Diff. XVI. §. 28.* Excell. Dn. TITIVS in *Specim. Iur. Publ. l. IV. c. 6. §. 19.* SCHWEDER *introduc.*

*in Ius Publ. P. spec. Sect. 2. c. 3. §. 11.* JOH. PHILIPP. RINGLER. *de pact. illustr. success. c. 8. §. 8.* ANDR. KNICHEN. *tr. de sublimi & Regio Territorii jure, c. 5. n. 26.* sed hæc alius sunt disquisitionis.

§. 21. Posthæc in JURE RERUM nihil omnino video, quid prius aut antiquius Principi tenendum sit, præter ipsam juris naturalis regulam, quæ accurate decidit atque dijudicat, quid in hac causa Principi salva honestate licere poterat, quidve minus. Neutiquam vero in præsentiarum pro hujus argumenti dignitate satis prolixos atque disertos esse, nostri instituti patitur ratio, adeoque ex multis aliqua saltem dicendi capita hic attingemus.

§. 22. Et quidem ex iis rebus, quas jus civile communes dicit, mare, non minus ac alias res, in jus proprium devenire posse, in propatulo nobis est positum. vid. JOH. SELDEN. *in Mari clauso l. 1. c. 22.* HOCHSTETTER *Colleg. Pufend. Exerc. VIII. §. 4.* STRUV. *Syntagm. Iur. feud. c. VI. §. 7.* & L. B. DE LYNCKER *Anal. ad b. l.* Princeps tamen, qui jus Imperii tenet, transitum per partes maris in proprietatem acceptas, iis, qui aut mercium transvehendarum causa, aut ad res suas justo bello vindicandas, aliamve ob justam causam illa concessione opus habent, denegare non debet. vid. STRUV.

Syn-

*Syntagm. Jur. feudalis c. 6. §. 7. n. 2.* Siquidem in divisione rerum & domini acquisitione, universi intelliguntur sibi velut recepisse talem usum rei alienæ, qui indigentibus prodest, sed domino proprietario non nocet, ex sententia GROTH *de Jure Belli ac Pacis l. 2. c. 2. §. 13.* KVLPII. *Colleg. Grot. ad b. l.* aut certe, uti opinatur PUFEND. *de Jure Nat. & Gent. l. 3. c. 3. §. 5.* Quoniam quilibet alteri exhibere debet usum rei suæ innoxium, qui, ubi necessitas adegerit, etiam vi possit vindicari, maxime si ex inani diffidentia, aut animi malignitate denegatio fiat.

§. 23. Annon vero constituto dominio VECTIGAL ab iis, qui freta trajicere intendunt, princeps juste exigit? Equidem si cura Principis constituuntur signa, notandis brevibus aut scopulis, aut ignes aluntur, dirigendo navium nocturno cursui, aut mare à piratis purgatur, omni jure pro navata opera, quod ipsi ab advenis retribuatur, expectat: at ubi nihil plane operæ est præstitum, nullisque sumtibus in gratiam navigantium faciendis opus fuit, difficillimum fuerit, vectigalium maritimum justitiam tueri, cum transitus navium plane sit innoxie utilitatis, quam nemini invideri oportet. vid. PUFEND. *de Jure Nat. & Gent. l. 3. c. 3.*

§. 7.

§. 7. Hinc Sueci, cum viderent, naves peregre adventantes, à Danis nil juvari, & tantum ad solvendum adstringi, dicere aliquando auditi sunt: Danos in freto vestigal capere, ubi nec litore nautæ utantur, non plus rationis habere, quam si aut Anglus in freto Britannico, aut Hispanus in Gaditano idem exigere instituat. V. PUFENDORFF. *rerum Brandenburg. l. 12, §. 36, ad. annum. 1640.*

§. 24. Cœterum, quod ex consuetudine Siciliae, Angliæ, Italiæ, naufragorum bona inter regalia referri, & fisco Principis applicari tradit LUCAS DE PENNA in *l. 1, C. de naufr. bon.* Nach den Grund-Rubr-Recht. V. L. B. DE LYNCKER. *Anal. ad Struv. Syntagm. Jur. Civ. tit. de Lege Rhodia de jactu tb. 26.* uti iniquum ac detestandum censetur facinus, GROT. *de Jure Belli ac Pacis l. 2. c. 7. §. 1.* HOCHSTETTER. *Colleg. Pufend. Exerc. VIII. §. 7. lit. f.* ita, moribus hodie in meliorem quodammodo statum redactis, apud moratiores gentes fere ubique abolitum reperitur. KULPIS. *Colleg. Grot. ad cit. l. p. m. 52.* inque Germania jam olim Ferdinandus II. Imp. in *Authent. Navigia. C. de furtis* iterumque Carolus V. in *Constitutione Criminali art. 218.* omni jure & æquitati repugnantem istam consuetudinem, sapientissime ac justissime sustulit. add. *Ord. Cam.*

*Cam. P. 2. tit. 23.* Unde si bona naufragio erepta à Statibus Imperii detinentur seu confiscantur, mandata S. C. peti & decerni solent; cujus rei ipsissimam praxin rerum Cameralium monumenta passim testantur. vid. de Ducibus Saxonix REICHWERT, in *formulis supplicat. variar. c. XI. p. m. 588.* & de Ducibus Holsatix GAIL. *Pract. observat. l. 1. obs. 18. n. 6.*

§. 25. Circa VENATIONEM, quæ vox generalis est, & sub se comprehendit & venationem in specie dictam, & aucupium, & piscationem, vid. BERNH. SUTHOLT. *Instit. Dissert. 4. §. 24.* & LAUTERBACH. *Compend. Juris tit. de acquir. rerum dominia.* Princeps videt jus naturæ versari negative, ita, ut ea naturaliter cuivis æque liceant. GROTIUS. *de Jure Belli ac Pac. l. 2. c. 2. §. 5.* SECKENDORFF im *Teutschen Fürsten-Staat P. 3. c. 3. Regal. V. n. 1.* L. B. DE LYNCKER *Anal. ad Struv. Syntagm. Jur. feud. c. 6. apb. 7. n. 3.* & commentatores ad §. 10. I. de *Divis. rerum.* Nec obstat, quod Augustinus artem venatoriam appellitet nequissimam; *can. qui venatoribus, Dist. 86.* reprobat enim pius ibi vir, non capturam & usum animalium, sed venationem arenariam & theatralem, quæ sc. histrionico more à conductis hominibus in publicis spectaculis depugnat-

pugnando cum bestiis exercetur. MATTH. WESENBEC.  
*Paratitl. ff. tit. de acquir. rer. dom. n. 7. L. B. DE*  
 LYNCKER *Anal. ad Dessel. Erotem. Jur. Canon. l. V.*  
*tit. 24. qu. 1.* Ex his facile colligitur, quid sta-  
 tuendum sit de quæstione: An Princeps illud jus  
 venandi subditis adimere, sibi que servare possit?  
 Negat nimirum id VVESENBECIUS qui *cit. l. expresse in-*  
*quit: Neminem prohibere posse, quo minus ve-*  
*netur, aucupetur, pilcetur in publico, ceteroquin*  
*injuriarum actionem habiturum prohibitum: nec*  
*Principem illud jus auferre posse & prohibere,*  
*eoque facere injuriam & violentiam subditis, si*  
*absque eorum consensu Edictis suis venationes*  
*prohibeat. Verum enim vero, quia Princeps ea*  
*omnia attendere debet, quæ ad salutem & com-*  
*moda Reipublicæ vergunt, huncque in finem li-*  
*bertatem illam seu facultatè naturalem circum-*  
*scribere & vetare potest, quod naturaliter licebat,*  
*v. GROT. de J. B. & P. l. 2. c. V. §. V. & vero in*  
*promiscua venatione, æterna litium semina soven-*  
*tur ex natura communionis, quæ semper parit dis-*  
*cordiam. l. 77. §. 20. ff. de Legat. 2. & cives à suis*  
*negotiis domesticis avocantur, quæ diligenter ex-*  
*pediri Reipublicæ intererat, imo ex libera armo-*  
*rum, quibus persecutio ferarum fieri assolet, ge-*  
 statio-

statione, innumera oriri pollent incommoda, & quæ hujusmodi sunt similia. conf. WESENBECK. *cit. loc.* PVENDORFF. *de Jure Nat. & Gent. l. 4. c. 6. §. 6.* GRTPHIANDER *Oeconom. Legal. l. 1. c. 18. n. 33.* ideo juste omnino facit Princeps, leges constituendo, quæ usum venationis subditis vel temperant, vel prorsus interimunt. SECKENDORFF. *im Teutschen Fürsten-Staat P. 3. c. 3. Regal. V. §. 5.* Idque non modo in locis publicis, sed etiam ipsis privatorum agris, quia par utrinque militat ratio. JOACH. SCHEPLIZ. *Consuet. Brandenburg. P. 4. tit. 26. n. 15.* Quo nomine etiam nostri in Germania Principes venationis jus subditis ademptum sibi vindicare potuerunt: in quibus illud præterea peculiare est, quod immemoriali temporis præscriptione hi sibi facultatem legitime confirmarunt, soletque ea hodie Regalium classi accenseri. ZIEGLER. *de jur. Majest. l. 2. c. 14.* SECKENDORFF. *im Teutschen Fürsten-Staat. cit. loco.* STRUV. *Syntagm. Jur. feud. c. 6. §. 7.* ita, ut moribus nostris nemini privatorum in suo fundo venari liceat, nisi id alicui in specie sit concessum. vid. RICHTER. *Dec. Jur. Part. I. Dec. 16. n. 3.* ZIEGLER. *de jurib. Majest. l. 2. c. XIV. 14.* DN. LINCKER. *Disceptat. forens. Resolut. 197.* Vbi tamen illud adhuc monendum censemus, teneri omnino



Principem, qui venationes prohibet, subditis re-  
 sarcire damna, quæcunque à feris vel etiam ipsis  
 venatorum ministris data fuerint. vid. CASP. ZIEGLER  
*de jur. Majest. l. 2. c. 14. §. 29.* JOH. SCHILTER. *in*  
*Praxi Jur. Rom. in foro German. Exerc. 4. §. 18.*

§. 26. An Princeps contra alterum Principem  
 PRÆSCRIPTIONIS remedio uti possit? ex solo juris na-  
 turalis volumine ipsi erit decidendum. Remittit  
 quidem BERNH. SUTHOLT. *Dissertat. VI. In-*  
*stitut. Coroll. I.* quæstionem hanc, de qua in  
 hypothesi differit, eo, *ou on se sert point du droit*  
*canon, mais des canons*, eamque plane negat Dn.  
 LYNCKER. *Anal. ad Struv. Syntagm. Jur. Civ. tit. de*  
*Usurpat. & Usucap. tb. 2.* præscriptionem totam  
 quantam pro invento juris civilis habens, indeque  
 Justiniano Imperatori Africam Vandalis post annos  
 XCV. eripienti. *l. 1. pr. C. de offic. præf. præf. Afr.*  
 præscriptionem nihil obsticisse concludit, *Anal. ad*  
*Prooem. I. §. 1.* qua in assertione consentientem ha-  
 bet PUTBANUM *in Disput. Si la prescription a lieu entre*  
*les princes souverains*, dum inter alia ita infit: *La*  
*prescription est une espece de peine, que la loy inflige*  
*aux negligens, ce qui ne peut convenir aux Rois,*  
*qui n' ont point les loix entre eux, qui obligent.*  
 Verum assidua juris naturalis cognitio satis demon-  
 strat

strat principi, istum acquirendi modum, non omnimode ex jure civili provenire, sed & suo juris naturalis fundamento niti. HERM. CONRING. *tr. de finibus Imperii German. c. XXVI. p. 446.* Nam quod sufficienter indicatum est, omni jure pro vero habetur adversus eum, qui indicavit, siquidem societatis humanæ natura non patitur, ut actibus animi sufficienter indicatis, nulla sit efficacia. GROTI. *de I. B. & P. l. 2. c. 4. §. 3. & l. 3. c. 24. §. 2.* Jam si quispiam per multum temporis spatium rem suam non repetendo satis ostendit, eam ab ipso haberi pro derelicta; quid impedit amplius, quo minus isti negligentis plenissima habeatur fides ad firmandam alterius contra ipsum possessionem? maxime, quum Reipublicæ interlit, ut dominia sint certa, ad sopiendas, aut saltem minuendas, quæ alioquin immortales forent, de regundis finibus lites & controversias. HOCHSTETTER. *Colleg. Pufend. Exerc. VIII. §. 23. seqq.* DN. THOMAS. *Jurispud. div. l. 2. c. X. §. 193.*

§. 27. Neque poena hoc modo infligitur ei, qui præscriptionis vim patitur; siquidem ista præscriptio nec à superiore, ut tali, proficiscitur, nec emendationem domini prioris intendit, sed malum tantummodo ipsi accidit, quod multis aliis quoque

que casibus fieri solet, ubi jus meum exerceo. Illud tamen dubium videtur, quandonam præscriptio de jure naturali perfici, suumque sortiri possit effectum? Sane certum temporis lapsus natura præcise non determinat, sed in genere tantum statuit, sufficere tanti temporis silentium in domino, quantum ad repetendum jus suum probabiliter satis sit alii non negligenti, & sufficienter ad repetendum instructo, ZIEGLER. *ad Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 4. §. 1.* nisi quod tempus immemorabile, moraliter quasi infinitum, omnem ulterius exceptionem, ceteris paribus, excludere videatur. GROT. *de J. B. & P. l. 2. c. 4. §. 7.* ad quod etiam provocabant illi, qui an. 1680. jura imperii contra Gallos deduxerunt. vid. PVFEND. *de reb. gest. Friderici VVilhelmi fol. 1399.* Spatium tamen 100. annorum præscriptionis operi sufficere, non dubitat Dn. THOMAS. *Jurispr. div. l. 2. c. X. th. 196.*

§. 28. DONATIONES etiam Princeps facit & munera largitur, quod vel ex solo exemplo Tiberii Imperatoris constare poterit, qui, teste Aurel. Victore, diem se perdidisse dicebat, quo nihil cuiquam præstitisset, istique actus munifici iterum ad juris naturalis regulam rectissime exiguntur. Nec aliter de Statibus ac Principibus nostri Imperii propemo-

p̄modum habemus pronuntiare, qui neglecta h̄c legum civilium autoritate, munus 500. solidos excedens & dant & accipiunt, absque insinuatione judiciali, æque ac Imperator, l. 34. ff. de Donat. CONF. RUTGER. RULAND. de Commissar. & Commission. P. I. l. V. n. 25. lit. E. addatur LAUTERB. Compend. Jur. tit. de Donationibus, JOH. PHILIPPI observat. ad Decisionem Electoralem XXII. obs. 3. n. 14. seqq. MYLER. AB EHRENBACH. de Stat. ac Principibus Imperii c. 27. §. 6. BRUNNEMANN. ad l. 34. C. de Donat. ideo, quia juribus, præminentis & privilegiis Imperatori indultis coruscant. V. ANDR. KNICHEN. de sublimi & Regio Territorii jure c. 1. n. 360. seqq. valetque in universum argumentum à potestate Imperatoris, ad potestatem Statuum ac Principum Imperii. vid. FARINACIUS in Prax. Crimin. P. I. qu. 6. n. 7. GAIL. de Pace Publica l. 1. c. 6. n. 10. adeoque frustra dissentiunt WESENBEC. Consil. 42. n. 7. & TREUTLERUS vol. 2. Disp. 19. tb. 6. lit. D. Imo & conjugii pro lubitu donant, quod in privatis secus se habet. v. l. 26. C. de Don. inter vir. & uxor. SCHWEDER. Introd. in Jus Publ. P. spec. Sect. II. c. 17. §. 40.

§. 29. Non tamen omnes sui antecessoris donationes promiscue ratas habere debet Princeps suc-

successor. Equidem ea beneficia; quæ de suo Princeps facit, à successore difficillime possunt reprobari, quia quilibet rerum suarum moderator & arbiter est. v. GROTI. *de J. B. & Pl. 2. c. 14. §. 3.* & jure naturali quis omnia bona sua donare & alienare potest. vid. RICHTER. *P. I. Dec. 26. n. 19.* ac donatio ex facto donantis jus quæsitum est, quod à nemine tolli potest.

§. 30. At vero, extra hos terminos haud quidem iniquum Principi censei debet, ut bene merentibus munificum se ostendat; neutiquam tamen eousque progredi fas est, ut in præjudicium successorum, ac diminutionem regni, nimix studeat liberalitati. Quamobrem immodicas prædecessorum donationes Princeps in Imperium & regnum succedens, illasa existimatione & salva conscientia revocare valet. v. ENENCK. *de Privilegiis l. 3. c. 11. n. 4.* MYLER. AB EHRENBACH. *Nomolog. c. 16. n. 2. seqq.* HAHN, *observ. ad VVesenberg. tit. de Constitutionibus Principum n. 2. verb. Princeps successor præire nequit.* EISENHART. *Diss. de jure patrimonii divid. & individ. c. 9. §. 18.* Recte igitur Zimisus, Græcorum Imperator, indignum esse, publicis possessionibus multorum præstantium virorum sudore & sanguine unum spadonem perfrui, existimans Privile-

vilegia Nicephori antecessoris revocavit, referente ZONARA. Nec minus iuste Rex Galliarum Carolus, immensas donationes à Ludovico XI. fratre ecclesiis factas, propria autoritate, data occasione, vindicavit, teste HIL. COMINEO in *Comment. Histor. Gall. l. 9. p. m. 652.* Et sane, multi ex eodem capite famolam illam donationem Constantini Imperatoris Romani Sylvestro factam, ceu immensam incessere, sed nimis tarde, ut judicat JOH. FERRAR. in *us. feud. Collect. l. 2. c. 1.* quam tamen alii tanquam fictam & eumentitam habent. V. EVERHARD. *Topic. Legal. loc. XI. à Verisimili n. 15. seqq.* DAN. OTTO *Fur. Publ. c. 4. p. m. 77. seqq.*

§. 31. Spectant huc PRIVILEGIA, quæ quasi privæ Leges dicuntur. vid. EVERHARD. *Topic. Legal. loco 82. à contrario sensu n. 33.* ac itidem juris naturalis fundamentum sibi requirunt. vid. JOH. GRITHANDER *Oeconom. Legal. l. 2. c. 17. n. 29.* Namque in præjudicium alterius juris quæsitæ, concessio eorum fieri non debet. RICHTER *P. 1. Decis. 4. n. 11.* Quam sententiam probe tenebant Diocletianus & Maximianus Imperatores, qui foeminae cuidam roganti, ut avus ejus compelleretur eam emancipare, diserte responderunt, se non solere beneficia tribuere in cujusquam injuriam, & propterea

G

avum

avum neptem suam liberare potestate, non posse cogi. l. 4. C. de emancip. liber. Nec aliam ob causam Imperatorem Romanum in concedendis privilegiis eos audire debere, quorum interest, notat DIL. DE LYNCKER. *Anal. ad Schrovederi Litt. Publ. P. spec. Sect. 1. c. 4. §. 5.* Indeque in dubio interpretatio privilegiorum rectissime ita fieri assolet, ut ne in præjudicium tertii accidant, hujusve juri quæsito derogent. vid. CARPZOV. *Respons. Electoral. l. 4. Resp. LXXV. n. 11.* LYNCKER. *Anal. ad Dessel. Erot. Iur. Can. l. 5. tit. 33. qu. 1.* RICHTER. *in Exposit. Authent. Habita C. ne fil. pro patre p. m. 61. §. 149.* GAIL. *Præct. Observ. l. 2. obs. 142. n. 10.* ANDR. KNICHEN. *in Encyclopæd. Brunovici Imperii ac Jurisdict. c. X. n. 178. seqq.* JOH. PHILIPPI *observat. ad Decis. Elector. Saxon. Dec. V. obs. 2. n. 15. p. m. 130.* WESENBECK. *Consil. P. 1. Cons. XLI. n. 65. seqq.* Quæ quum ita sese habeant, manifestum est, non posse per privilegium immunes quosdam à collectis præstare Principem, quatenus videlicet ista immunitas, sive exceptio à lege, tendit in præjudicium reliquorum subditorum: iniquum enim foret, ut, in quantum aliquibus onus collectandi gratiose sit remissum, in tantum reliquis subditis accrescat & hi aggraventur. Vbi tamen excipiendus est casus, quan-

quādo Princeps ex proprio arario quantitatem collectæ remissæ supplet atque compensat, siquidem hoc casu tertio non fit injuria CARPZOV. *Respons. Elector. l. IV. Resp. 75.* ZIEGLER. *de jur. Majest. l. II. c. II. §. XLV.* L. B. DE LINCKER *Disceptat. forens. Resol. 410.* Imo præstat, si Princeps ministrorum suorum vel officialium-immunitatem petentium, ex proprio arario augeat salarium, ne alii, hocce dono vel privilegio dato, graventur. vid. ZIEGLER. *de jur. Maj. cit. loco § XXXIV.*

§. 32. An Princeps privilegia sua revocare possit? distinguimus, utrum ea statum concernant publicum: an vero privatum, quorum hæc rursus titulo, modo oneroso, modo lucrativo, conceduntur. Et quidem quæ onerosa sunt, siquidem in vim contractus transferunt, revocari non debent, nisi clausula: *usque ad beneplacitum*, fuerit adjecta, quo casu libera est revocatio. V. MTLER. AB EHRENBACH. *de Princ. & Statibus Imperii c. 49.* Ad quam classem ea quoque referuntur, quæ in compensationem meritorum sunt collata. MTLER. AB EHRENBACH. *cit. loco.* Sed lucrativa pro lubitu revocantur, CARPZOV. *P. 1. Decis. 87. n. 16.* in quantum nimirum ea vinculum legis demunt, sine ullo contractu, quod autoritate potestatis legislatoriz



omni tempore potest reduci. v. GROT. *de I. B. & P.* l. 2. c. 14. §. 13. Illud vero, quod Statui publico, præjudicat, principem & in se ipsum & Rempublicam peccantem arguit, ideoque non tam revocari debere, quam ab initio nullum esse, pronuntian- dum existimatur; nisi casus necessitatis ejusmodi facto justitiam vindicaverit.

§. 33. TESTANDI JUS, quod ex dominio seu li-  
bera de rebus disponendi facultate fluit. GROT. *de*  
*I. B. & P.* l. 2. c. 6. §. 14. STRUV. *Syntagma Jur. Civ.*  
*Exerc. 32. tit. 3.* Magnif. Dn. BUDDEVS *Exerc. Jur.*  
*Nat. de Testamentis Imperantium spec. Caroli II. R.*  
*Hispan. c. 1. §. 3.* ANTON. PETRA *tr. de jure quesito*  
*non tollendo per Princip. c. 23. n. II. p. m. 484.* WULFF  
BROCKTOREFF *in Sel. Jur. Privati. Exerc. V. §. 3.* & qua-  
lecunq; solatium mortalitatis plerisque est. RU-  
TENDORFF. *de Jure Nat. & Gent. l. IV. c. X. §. 5. & de*  
*Officio bom. & civis P. 1. c. XII. §. 13.* natura cui-  
vis æque ita tribuit, ut ad inscium quoque here-  
dem, testator res suas valide possit transmittere,  
mero jure naturali. Quanquam enim, deficiente  
heredis consensu, plenum dominium transferri ne-  
queat. l. 35. ff. *de O. & A.* & consequenter actus  
testatoris frustraneus esse videatur; certo tamen est  
certius, res hereditarias vi testamentariæ dispositio-  
nis

nis ita communiti, ut eas, priusquam de heredis consensu sufficienter constet, nemo alius sibi possit vindicare. Et hoc ipso modo, scripto heredi jus aliquale tribuit, quod postea, accedente ejusdem consensu, plenissime convalescit. conf. Dn. BVDDEVS *Exerc. de Testamentis Imperantium spec. Caroli II. Reg. Hispan. c. 1. §. 5.* adeoque Principi etiam de regnis patrimonialibus libera facultas testandi deneganda non est, quia hujusmodi regna per omnia ferme indolem peculii privati retinent. vid. PUFENDORFF. *de Jur. Nat. & Gent. l. 8. c. V. §. 1.* quam praeinde Principes & Status nostri Imperii toto die exercent. vid. Dn. STRUV. *Syntagm. Jur. Publ. Diff. XXVII. §. 7.* siquidem hi imperia sua plene habent. GROTIUS. *de I. B. & P. l. 1. c. 3. §. 14.* Dn. LYNCKER. *Diff. de his qua Princip. Statuumq; Imp. libert. perp. accens. Sect. 2. §. 12.* Nec obstat, quod Imperator feuda Imperii appelliter: *Unsere und des Reichs Fürstenthumber und Lande.* Dicuntur enim ita, non propter proprietatem, quae Statibus Imperii debetur; sed propter dominium quoddam directum. vid. SCHULTER *Instit. Jur. Publ. l. 1. tit. 44. §. 16.* Neque tamen normam juris civilis ut in hoc passu sequantur, opus habent, quod asserit Dn. LYNCKER. *Anal. ad Schwued. I. Publ. P. spec. Sect. 2. c. 17. §. 40.* cum multis aliis JCrts,

quos nominat VLR. ETBEN. in *Dissert. de Testamentis Principum vel Comitum S. R. I.* Nam contraria opinio vel ex eo constat, quod Principes nostri Imperii sint milites, & pro salute Reipublicæ sive Imperii nostri excubias agant, semperque Imperatori militare dicantur, partim in persona propria, partim conferendo sumtus publicos, **Vermögd des gemeinē Anschlags**, vid. ANDR. KNICHEN. in *tr. de Sublimi & Regio Territ. jure c. 1. n. 183.* RICHTER. *Decis. Jur. Jur. P. I. Dec. 12. n. 41.* adeoque jure militum testari possunt, quorum testamentum ex nuda voluntate, sine ulla solennitate & absque testibus, ac quocunque modo fuerit, valet. vid. ANDR. KNICHEN. in *Comment. de Saxonam non provoc. jure c. 4. n. 82. seqq.* CLAMMER, *retro*, & SCHEPLIZIUS *enucleatus tit. 24. n. 7. & 8.* STRUV. *Jurisprud. Rom. Germ. forens. l. 2. tit. XVI. §. 1.* quod tamen plerique Publicistæ ex jure territoriali deducunt. vid. DN. TRIVIS in *Specim. Jur. Publ. l. 1. c. 1. §. 62. & l. 4. c. 9. §. 17.* SCHWEDER. *Introd. in Jus Publ. P. spec. Sect. 2. c. 17. §. 40.* Inde & Caroli Austriaci, Marchionis Burgaviensis testamentum omnibus testibus destitutum pro legitimo & valido pronunciatum fuit à Facultate Juridica Tubingensi. vid. MTLER. AB EHRENBACH, *de Princ. & Statib. Imp. P. 1. c. 26.* Qui sub-

subditis enim dispensant, quidam ipsi suæ dispensationis fructu perfruuntur? vid. STRUV. *Syntagm. Iur. Publ. Diff. XXVI. §. 54.* Excell. DN. TITIVS *Specim. Iur. Publ. l. 3. c. V. §. 39.* nihilque est in effectu, quod prius non sit in causa, ut cum Metaphysicis ita loquamur. Sed tutius est, si Principes majorem sollicitudinem adhibeant sua sponte ac motu proprio.

§. 34. Quæritur nunc, an LEGITIMAM Princeps liberis suis testamento præcise relinquere teneatur? Tenendum vero, quod Legitima, German. *DAB Pflicht-Theil.* vid. STRUCK. *ad Lauterb. Compend. Jur. tit. de inofficioso testam. voce: Legitima,* duplici fere modo spectari solet, nimirum materialiter & formaliter. STRUV. *Syst. Jur. Civ. Exerc. X. §. 10.* LAUTERBACH. *Compend. Iur. tit. de inoff. testam.* Materialiter notat portionem ad alimenta necessariam, quæ jure naturali quibusvis liberis indubie debetur, vid. GROT. *de Jure Belli ac P. l. II. c. VII. §. 4. n. 3.* SAM. STRUCK. *Uf. Mod. ff. tit. de inoff. testam. §. 17.* & *ad Lauterbach. Compend. Iur. cod. tit.* & consuetudine vel statuto tolli nequit, quod adductis Camerae Imperialis præjudiciis taculenter probat MTNSINGER. *Cent. 5. Obs. 43. n. 2.* SCHULZ. *Synopsi Institut. Imper. p. m. 161.* nec omnino juste liberis suis hancce denegat miles. STRUCK. *ad Lauterbach. cit.*

*tit. tit. voce: Præterire*, quos tamén alias præter-  
eundi licentiam, & jus habet, *ex l. 7. ff. & l. 9. C.  
de Testam. milit. & LAUTERBACH. Compend. Jur.  
eod. tit.* Formaliter vero sumitur, pro ea por-  
tione hereditatis, quam lex necessario illis, quibus  
alioquin datur querela, jubet relinquere. *HUBERUS. Po-  
sit. Jur. P. I. tit. de inoff. testam. posit. 17. & qui-  
dem non alio quam venerabili institutionis titulo.  
SCHULZ. Synops. Instit. Imper. p. m. 162.* Quumque hæc  
Legitima antiquitus semel & iterum mutationem  
fuerit passa, hodie eam triens, si liberi numerentur  
4. vel pauciores; ac semissis, si 5. vel plures sint  
eorum, constituit *Nov. 18. c. 1.* Priori loco, ubi  
ipsa lex naturæ versatur, Principem de bonis suis  
tantundem, quantum ad necessaria præstanda ali-  
menta, bono viro arbitrante, sufficere potest, li-  
beris suis dare oportere, in genere pronunciamus.  
Sed altero casu, ut trientem præcise, vel semissem  
relinquat, nulla juris ratione adstringitur. Hinc  
exclusio, licet absque prægnanti causa facta fuerit,  
adversus principis testamentum, tamen querela in-  
officiosi testamenti locum non invenit. *vid. DN.  
TITIVS Specim. Jur. Publ. l. 4. c. 9. §. 18.*

§. 34. Transimus nunc ad **FACTIONES**, quæ  
inter omnes Principis actus facile eminent, utpote  
soto

eoto die summis potestatibus frequentatz. Est  
 vero pactum, duorum in idem placitum de dando  
 aliquo vel faciendo consensus. *l. 1. §. 2. ff. de pactis.*  
 Illustr. Dn. THOMASIVS *Iurisprud. Div. l. 2. c. 7. §. 4.*  
 quo in opere quam utilis & fructuosa sit Principi  
 juris naturalis scientia, nemini propemodum ob-  
 securum esse, arbitror, quandoquidem illud non  
 tantum fidelis ipsi monitor existit, de pacto & fide  
 data servanda, *l. 1. pr. ff. de pactis.* GROT. *de I. B.*  
*§ P. l. 2. c. XI. §. 5. n. 3.* Magnif. Dn. BVDDEVS *Elem.*  
*Philos. pract. p. 2. c. 4. Sect. 4. §. 8.* sed præterea et-  
 iam fundamentum monstrat, quare pactorum fi-  
 des, invito altero, falli non debeat, utut præstatio  
 sine incommodo nostro fieri haud possit, ideo scil.  
 quia socialitas, ad quam colendam Princeps non  
 minus, quam alius homo, creatus est, citra pro-  
 missorum fidem & sanctimoniam conservari ne-  
 quit. vid. Dn. BVDDEVS *cit. loco §. 9.*

§. 36. Sublata enim inter homines fide, illud  
 fere accidat necesse erit, ut si ex conventionem ali-  
 quando inita, quidpiam ex mea parte jam præsti-  
 terim, neque tamen alter officii sui partes expleat,  
 mea res aut opera gratis locata pereat: sin nihil  
 dum aliquid dederim, ita, ut re infecta, pars utra-  
 que à pactis recedat, omnis certe ea utilitas, quæ

H

ex

ex isto instituto sperari poterat, in cassum nunc pro-  
cidat, ac rationes meæ, habitaque hac super re  
consilia, insigniter turbentur, inque maxima mea  
damna trahantur retro: unde injuriæ exsurgunt,  
justarum litium bellique justî parentes, quæ post-  
ea internecionem indivulsam sibi plerumque ha-  
bent comitem. Adeoque ex naturali ratione tan-  
tum abest, ut ille, qui à data fide temere recedit,  
genuinum societatis humanæ membrum repræsen-  
tet, ut potius juratus ejus hostis & everfor, ipsius-  
que divini ordinis turbator censendus sit, quem  
natura detestatur. conf. PUFENDORFF. *de Jure Nat.*  
*Et Gent. l. 3. c. 4. §. 2.* DN. THOMAS. *Jurisprud. Div.*  
*l. 2. c. 7. §. 2. Et 3.*

§. 37. Istam vero de servanda fide juris na-  
turalis præceptionem, Princeps sibi tanto magis  
commendatam habere debet, quia Majestatem  
ejus dedecet, si vel suspicio perfidiæ, aut mendaciæ,  
fraudisve in ipsum cadere videatur. vid. PUFEND. *de*  
*Jure Natura Et Gent. l. 4. c. 2. §. 2.* Idem innuit  
Thucydides *de Bello Peloponnes. l. IV. Fraus, in-*  
*quiens, cum in omnibus foeda, tum vero in iis, qui*  
*majori dignitate sunt pradi, fœdior est, quam aper-*  
*ta violentia.* conf. GAIL. *Pract. observ. Obs. ss. l. 2.*  
*n. 4. Et 5.* JACOB. ATRER. *im historischen Processu*  
*Juris*

*Juris P. 2. c. 9. obs. 2. n. 20. WESENBECK. Consil. 42. n. 12. CRAVETT. Consil. 592. n. 55.*

§. 38. Quæ omnia tamen ita sunt intelligenda, quatenus pacta celebrantur legitima, & naturali innituntur ratione. Nec enim tantum quid promissum fuit, attendi debet, sed etiam quid iuste ac legitime, jureque permittente promittitur. CARPZOV. *Respons. Elector. l. V. tit. 2. Resp. 9. n. 23.* HINC ISIDORUS *in can. in malis. 5. Caus. 22. qu. 4.* recte inquit: *in malis promissis rescinde fidem, in turpi muta decretum, quod incaute voravisti, ne facias, impia enim est promissio, qua scelere adimpletur.* Nec ineleganter *in can. malis. 69. de R. I.* dicitur, quod in malis promissis fidem non expediat servare. CONF. GROTIUS. *de Jure Belli ac Pac. l. 2. c. 11. §. 8.* PUFENDORFF. *de Jur. Nat. & Gent. l. 3. c. 7. §. 6. seqq.* add. TOBIAS HEIDENREICH. *in Clammero rediv. & Scheplizio enucleato tit. 13. n. 34.*

§. 39. Sed neutiquam circa istorum pactorum firmitatem cognoscendam, principi recurrendum erit ad legum Romanarum atque civilium sacraria, quæ paciscentibus se invicem valide obligandi certam præscribunt formam, & evitandæ fraudis litiumque minuendarum causa, ex pacto nudo negata actione, pacta solum vestita postulant, vid.



HAHN. *in observ. ad VVesenbec. Comment. ff. tit. de Pactis n. 9. verb. ex pacto Iure naturali.* DIDAC. COVARRUV. *in Comment. de Testamentis can. cum in officiis n. 10.* Nam ejusmodi juris apices ad Principem nihil attinent, utpote legibus humanis solum, id quod supra dedimus demonstratum. Verum omni modo juris naturalis regula hic attendi meretur, utpote qua sola reguntur pacta eorum, qui summam tenent potestatem. vid. GROT. *de Jur. Belli ac Pacis l. 2. c. XI. §. 5. n. 3.* quam assertionem etiam ad Principes nostri Imperii certo modo extendere non veremur, maßen Fürstliche Personen in Sachen / die Aufrichtigkeit / Treu und Glauben *concerniren und betreffen / in viel wege à privatis differiren und privilegirt seyn / welches alles so viel mehr in Principibus Germania und Reichs-Fürsten obtiniret, als denen jura regia. competiren.* vid. RICHTER. *P. 1. Dec. 12. n. 31. seqq.* GAIL. *Pract. observ. l. 2. obs. 55. §. inprim. de Pace publ. c. 5. n. 6.* unde & omnes contractus cum Principe initi dicuntur esse bonæ fidei. vid. JAC. ATRER. *in historischen Proc. jur. p. 2. c. 9. Obs. IV. n. 23.*

§. 40. Jam, si pacta & contractus Principum paulo curatius imus speculatum, hodie statim in regni ingressu ac susceptione fascium ut aliquid

quid promittant populo, principes adstringi passim videas. Spectant huc Polonorum pacta conventa, de quibus conf. HENR. ARNISEUS *de jur. Majest. l. 1. c. 6.* inq; primis huc referendæ sunt Capitulationes cæsareæ in nostro Imperio Rom. Germanico, quæ tamen legum nomine proprie haud veniunt, vid. Magnif. Dn. STRUV. *Syntagm. Jur. Publ. Dissert. VI. §. 15.* sed multo rectius salutantur pacta & conventiones; inter eligendum Imperatorem & Electores, nomine totius Imperii initæ, de certis conditionibus, quas ille in regendo Imperio attendere habet. Dn. STRUV. *cit. loco. §. 14.* Dn. TITIVS *Specim. Jur. Publ. l. 2. c. 7. §. 2.* LIMNÆVS *ad Capitulationes Imperatorum in Germ. Sect. I. p. m. 5. seqq.* Quo spectat luculentus textus: daß Wir Uns demnach mit unsern lieben Neben/ Oheimen und Chur: Fürsten vor sich und sämmtl. Fürsten und Ständen des Heil. Römischen Reichs Geding: und Pacts-Weise dieser nachfolgenden *Articuln* vereiniget / verglichen / angenommen und zugesaget haben. Qualismodi pacta validissime tenent acceptantem, vi promissionis suæ, ita ut quod antea erat voluntatis, postea fiat necessitatis, quamdiu novo contrahentium consensu obligationis vis non fuerit interempta. vid.

ZIEGLER. *de jur. Maj. l. 1. c. V. §. 31.* PUFEND. *Jur. Nat. & Gent. l. 7. c. 6. §. 10.*

§. 41. De succedendo etiam solent inter Principes nostri Imperii constitui PACTA CONFRATERNITATVM, dicta Erb-Verbrüderungen / quibus id agitur, ut extincta una familia, ad superstitem certa quadam lege successionis bona perveniant. vid. JACOB. BERNH. MULTZ *in Corpore Juris Publ. Rom. German. P. II. c. XX. n. 59. fol. 652.* DN. STRUV. *Syntagm. Jur. Publ. Dissert. XXVII. §. 17.* DN. TITIVS *in Specim. jur. Publ. l. 4. c. 4. §. 46.* eorumque multa legitimus, quale est inter domum Saxoniam, Brandenburgicam & Hassiacam, inter Serenissimos Marchiones Brandenburgico-Culmbacenses & Onolzbacenses; pluraque alia, quæ hic attingere nostri non patitur instituti ratio. Saltem istam questionem nobis liceat attingere: an pacta confraternitatum, seu de successione mutua, Jure Naturali sint permessa? Equidem non ignoro, legibus civilibus in privatis ejusmodi pacta successoria improbari, propterea, quod metuant, ne fores inde aperiantur voto captandæ mortis. *l. 4. C. de V. O. l. 11. C. de transact.* add. CARPZOV. *Respons. Elector. l. V. tit. I. Resp. V. n. 2. & 3.* DN. LYNCKER. *Anal. ad Struv. Syntagm. Jur. Civ. tit. de Pactis p. 57.* JOH. PHILIPP. RINGLER. *de pact. illustr.*

*lustr. success. c. 2. §. 4.* BARTHOL. MUSCVL. *de Success. Convent. & Anomol. cl. 1 membr. I. Concl. 3. n. 43. seqq.* WESENBEK. *Consil. 44. n. 38. & Conf. 71. n. 5. & 6.* Verum Principes in hoc articulo secuti sunt, siquidem in illos non cadit mala præsumtio, atque ita nec votum captandæ mortis, GAIL. *Pract. observat. l. II. obs. 127. n. 2.* maxime quum omnia fiant juxta consensum illius, de cujus successione agitur, nec illo invito quicquam transigatur. Consensu vero quilibet jus suum & omnia bona cedere potest, quia quilibet est rerum suarum moderator & arbiter, perindeque est, an post mortem ejus bona ad alios deveniant, an vero illo adhuc vivo jus succedendi tribuatur. Nec objici potest, quod per pacta confraternitatum facultas testandi adimatur: plerumque enim in ejusmodi pactis excipere solent paciscentes Illustres personæ, certam provinciam ac bonorum partem, circa quam testari libere possunt, uti CARPZOV. *Respons. Elector. l. V. tit. I. Resp. V. n. 17.* exemplum allegat confraternitatis inter Duces Saxonix & Landgravios Hassiæ habitæ, in qua summa 30000. aureorum, de qua testari liceret, est excepta: sed plura de hac materia legi possunt apud BETSIUM *in tr. de pact. famil. illustr.* & JOH. PHILIPP. RINGLER. *de pact. illustr. successor. add. GAIL. Pract. observ. l. 2. obs. 127.*

§. 42. Sæpius per tertium aliquem Principi agnoscitur obligatio, qualis est contractus antecessorum, ex quo regulariter Princeps obligatur successor, non tantum, quando successio fit in regnum, tanquam in patrimonium, cujus bona non intelliguntur, nisi deducto ære alieno. *l. 39. ff. de V. S. conf. GROT. de J. B. & P. l. 2. c. 14. §. 10. FVENDORFF. de Jure Nat. & Gent. l. 8. c. X. §. 8. verum etiam in regnis legitimis & successivis, ubi dignitas non moritur, sed semper durat. vid. BUXTORFF. in A. B. Concl. 37. tit. C. in not. populusque semper idem est, in cujus loco sedet Princeps. GROT. de J. B. & P. l. 2. c. 9. §. 8. Quamobrem sicut proprium factum quis impugnare nequit, ita nec antecessoris sui. vid. REINKING. l. I. Cl. 3. c. X. n. 11. Indequè est, quod, quum an. 1690. Camera Electoralis N. nonneminem, qui rem ab Electore Patre locatam legitime conduxerat, ante tempus expellere ac alium conductorem, qui Filio in dignitate electorali succedenti pro eadem re pinguius pretium offerebat, substituere moliretur, illi à facultate Academiae Juliae juridica responsum fuit: *Das S. Chur-Fürstl. Durchl. consulenten vor völligen Ablauf der Pacht-Jahre aus den Contract zu stoßen nicht befugt / sondern den Pacht-Con-**

*Contract* bis zu deßen *mutuo consensu contrahentium determinirte* Endschaft auch ihres hohen Orts zu halten schuldig seynd. vid. HAHN. in *observ. ad Wesenbec. Comment. ff. tit. de Constitut. Princ. n. 2. verb. Princeps successori praire nequit*. Accedit quod exinde jus quæsitum nanciscantur paciscentes, quod vero à nemine auferri potest. vid. WESENBEC. *Consil. P. I. Conf. XLI. n. 122. seqq.*

§. 43. Secus tamen dicta sese habent, quando nullitatis vitio contractus laborat, propter quod etiam antecessori contra dicta, facta & pacta sua venire pro lubitu fuit integrum. vid. JAC. RICKIUS *de Unione Prolium c. 7. n. 115. seqq.* utputa si justitiæ & naturali æquitati adversetur, aut consensus contrahentis partis non omnino intervenerit, errore fortean, metu vel alia vi præpeditus. vid. RINGLER *de Pact. illustr. success. c. V. §. 6.* Pariterque cessat obligatio in regno non patrimoniali seu legitimo, quatenus in rebus, ad regnum & principatum nihil pertinentibus, fuerit contractum. RINGLER. *cit. loco.* DN. LTNCKER. *Disceptat. forens. Res. 122.* Maxime vero liberatur Princeps à contractu sui antecessoris, si in non ferendum Republicæ damnum pacta cesserint. Equidem non habemus Principem in Republica, pro nudo negotiorum gestore, cujus facta tum demum rata habentur, si utiliter gesta sint.

sint. RICHTER. *P. 2. Dec. 96. n. 82.* hoc enim & Reipublicæ periculosum & Principis auctoritati minus congruum foret; sed rationem contractuum fuisse probabilem, licet eventus rei parum respondeat, facile patimur sufficere ad id, ut factum Principis Civitas agnoscat suum, & per hanc successor.

§. 44. Neutiquam tamen hoc modo ejus facultatem eousque extendere fas est, ut partes Imperii in præjudicium successorum, & regni diminutionem alienare, graveque æs alienum extra casum necessitatis Reipublicæ pro lubitu contrahere possit, ac proinde destructionem potius, quam salutem regni intendisse videatur. Quamobrem de ejusmodi facto Principis prædecessoris simulac compertum est, fieri nequit, ut successorem inde obligatum esse dicamus. Quod enim ultra fines Imperii concessum est, ipso jure habetur nullum. vid. KLOCK, *Vol. I. Conf. 7. n. 611. seqq.* SAM. STRICK. *Us. Mod. ff. tit. de rebus creditis §. 38.* GROTIUS, *de I. B. & P. L. II. c. XIV. §. 10. & 12.* HOCHSTETTER. *Colleg. Pufend. Exerc. XI. §. 35.* Hæcque satis probe noverat Franciscus II. Galliarum Rex, quem in Epistola ad Helvetios, patris debita exigentes, ita loqui novimus: *Tametsi debita paterna solvere non tenemur, cum hac sceptrum non hereditario jure habeamus.*

beamus, sed regia lege, quae jam inde usque à primis Francorum Regibus lata ad mares proximos imperium detulit, & non aliter nos obligari patitur, quam ad ea foedera & pacta, quae cum exteris Principibus ac populis ad hujus imperii utilitatem & comoda à majoribus nostris contracta fuerunt: nibilominus tamen, ut patris optimi & charissimi fidem religiose tueamur, legitima ejus debita exsolvere decrevimus. vid. BODIN. de Republ. l. 1. c. 8. REINKING. de regim. Sec. & Eccles. l. 1. cl. 3. c. 10.

§. 45. Per Legatos quoque Princeps obligatur, quos mittendi & ablegandi jus hodie Principes nostri Imperii libere exercent, non minus ac alii summi imperantes, idque non solum ad alios Status & extraneos Principes, sed ad ipsum quoque Imperatorem, per jura majestatica ipsis cum Imperatore communicata. vid. Dn. STRUV. Syntagm. Jur. Publ. Diss. XXVI. 33. Dn. TITIVS Specim. Jur. Publ. l. 3. c. 8. §. 13. & SCHWEDER. Jur. Publ. P. spec. Sect. I. c. 28. & Sect. 2. c. 16. LAMPAD. de Republ. Rom. Germ. P. 3. c. 10. §. 1. JACOB. BERNHARD. MULZ, in Corpore Jur. publ. Rom. German. p. 2. c. XXI. §. 3. n. 82. fol. 701. DAN. OTTO Jur. Publ. c. 14. p. m. 509. In istis autem Legationibus per omnes partes iterum Jus Naturæ vires suas exserit, ac præ-



cipue, quod notari meretur, illud Principem ex facto sui Legati obligat, juxta mandati seu procuratorii formam: quo faciunt verba conventionis super Neutralitate septentrionali Hagæ Comitum conclusæ: So hat der Herr von Palmquist Königl. Schwedischer Extraordinaire Envoye, nachdem er desfalls gnugsam *instruirt* worden/ seine Erklärung dahin gethan. &c. vid. ANONTM. Leben und Thaten Iosephi I. Sect. 26. n. 5. Ea vero, quæ Legatis hodie concedi solent mandata, duplicis fere sunt generis, *publica* sc. Principi, ad quem Legatio fit, offerenda, & *secreta* privato ului destinata: ac rursus ista, quæ publica diximus, vel generalia sunt, vel in quibusdam actibus terminantur. Jam si generale procuratorium Principi extraneo jamdum est exhibitum, Princeps mittens haud dubie ea omnia rata habere debet, quæ à Legato suo in negotiis intentis fuerunt conclusa. Neque est, quod fidei violatæ, Instructionis secretæ exceptio actitatis opponatur: concurrunt enim omnino duo distincti actus volendi: unus, quo Princeps se obligat ratum habiturum, quicquid Legatus in tali negotiorum genere fecerit: alter, quo Legatum sibi obstringit, ut non agat, nisi ex præscripto ipsi, aliis tamen incognito, adeoque

que Principi, quocum actum est, Princeps mittens vi mandati generalis seu procuratorii indubie manet obligatus, qui tamen postea ad Legatum secreta excedentem mandata & violantem, liberum habet regressum. vid. GROTIUS *de J. B. & P. l. 2. c. XI. §. 12.* Sin vero mandato tantummodo restrictiori dato, Legatus tamen suæ commissionis seu instructionis terminos transiliverit, actus ejus, quatenus extra sphaeram versati privata sustinentur auctoritate, ad Principem nihil attinent, neque altera pars habet, quod conqueratur de negata impletione promissi, quod absque consensu initum est.

§. 46. In bello denique frequentissimi usus est quaestio, an Princeps pacta cum Principe hoste inita servare debeat? Equidem si audimus Tullium Ciceronem, statuit is discrimen, inter hostem justum & injustum, quorum illi plenam fidem deberi fatetur, huic vero minus. Hinc aperte ponit: si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si juratus quidem id non feceris, nam pirata non est perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium: cum hoc non fides esse debet, nec jusjurandum commune. vid. CICERO *de Officiis l. 3. c. 29.* Verum hoc modo bellis fomenta dantur, ac perfidiis

patulæ statuuntur fores. Rectius igitur hostium neminem, quia homines esse non desinunt, à communione Juris naturalis, quod fidem omnibus hominibus æque, ac sine ulla hostilitatis jam existentis exceptione servari præcipit, non temere audeamus repellere. vid. GROTI. *de I. B. & P. l. 3. c. 19. §. 1. n. 2.* HOCHSTETTER. *Colleg. Pufend. Exerc. 7. §. 10. lit. C.* maxime, quum eo ipso, dum quis sciens, hostem aliquem esse, cum eodem tamen, ut tali, paciscitur, à statu dissolutæ per bellum societatis recedit, deq; novo societatem quandam humanam, saltem, quoad compositos & conventos pactionis articulos, constituit, ex qua plenissime tenetur. vid. JOH. a FELDE *Annot. ad Grotium l. 3. c. 19. §. 2. p. m. 486.* DIDAC. SAVEDRA. *Symb. 14.*

§. 47. Eadem, quæ de hostibus modo diximus, etiam ad subditos rebelles commode possumus applicare. Nam & his fidei integritatem naturali ratione servare debet Princeps, idque tanto potius, quando paciscendo gratiam delicti fecit immorigeris, quo pacto per obtentum rebellionis, pacta nequeunt irrita reddi. GROTI. *de J. B. & P. l. 3. c. 19. §. 6.* PUFENDORFF. *de Jur. Nat. & Gent. l. VIII. c. VIII. §. 2.* Nec aliter de hæreticis est censendum, quos Romanensium Doctorum

cohors indignos plane pronunciat, quibus seruetur fides, infirmis tamen argumentis, quos & notat & abunde confutat HOCHSTETTER. *Colleg. Puffend. Epimetr. ad Exerc. 7. §. 1.* Quinam vero hi in Imperio habendi sint, ostendit METERUS *ICtus Argentoratensis in pecul. Diff.* & LUDOV. DE MONTE SPERATO (qui Conringius esse putatur) *ad Bullam Innocentii X. super Instrum. Pacis Osnabrugense.* Et hoc ipso nomine æternam sibi famam peperit Carolus V. glorios. memor. Imperator, qui Eccio catholicæ religionis Theologo, contendenti, non esse, quod Luthero tanquam hæretico, ut videbatur, ad Comitia VVormatiensia anno 1530. comparenti, seruetur promissa fides, generoso animo respondit: *Etiam si fides toto exularet terrarum orbe, tamen eam Imperatori esse tenendam.* vid. GVIL. ZENOCARUS *l. 1. de vita, Republica & moribus Caroli V.* addatur ZINCKGRAEFF *in Apophtegmatibus* & BALTH. CONRAD. ZAHN. *de jure & jurisdictione Municipali c. 6. n. 21.* Quemadmodum ex aduerso male admodum pontificiæ istius sententiæ assertio cessit Juliano Nuncio, qui cum Vladislao Ungariæ Rege, aduersus Amurathem II. fracto fœdere, perfida metatus castra, documento omnibus fuit, nunquam fidem impune frangi. vid. CHRIS-

STOPH.

STOPH. CELLARIUS *in Historia mediæ ævi Sæc. XV. p. m.*  
 187. add. GRASWINCKEL. *Diff. de fide hæreticis & re-*  
*bellibus data servanda.*

§. 48. Si à fœdere constituto altera pars dis-  
 cesserit, princeps illis stare non tenetur. Nam  
 unius ejusdemque contractus capita singula alia  
 aliis inesse videntur, per modum conditionis, quasi  
 expressum esset: hæc ita faciam, si & alter faciat,  
 quæ promisit. GROT. *de J. B. & P. l. 3. c. 19. §. 14.*  
 Quemadmodum, quum Theresia Cunigunda,  
 Electrix Bavarix, serenissimo conjugii suo proscripto  
 multa permisisset contra conventionem, cum Im-  
 peratore Leopoldo glorios. memor. Ilbesheimi an-  
 no 1704. conclusam; augustissimus Imperator omni  
 jure vinculum obligatorium sustulit. vid. FABRI  
*Staats-Gangley Tomo XXI. p. 688. seqq.* & ELE-  
 CTORUM JURIS PUBL. *Tom. V. P. VIII.* Aliter tamen se-  
 rem habere, quando discrete positum fuit, ut, si  
 contra hanc aut illam partem quid fiat, cetera ni-  
 hilominus rata maneant, (quam clausulam in Pace  
 Dano-Suecica Rotchildiana legi, meminisse KULPIS.  
*Colleg. Grot. Exerc. VII. §. IV.*) nemini obscurum  
 est. PVFENDORFF. *de Jure Nat. & Gent. l. VIII. c. IX.*  
 §. 11.

§. 49. Lites inter privatos exortæ componi  
 ple-

plerumque solent in judiciis, via ACTIONIS, quæ non est facultas, ut VINNIUS, PAUL. DE FUCHS, aliique volunt, sed est juris remedium seu auxilium, ad jus, seu debitum suum, in judicio persequendum, competens. vid. SCHWENDENDORFFER. *Action. forens.* P. 1. c. 1. n. 5. ULR. HUBERUS. *Pos. jur. Contract.* P. I. tit. de *Actionibus Posit.* 2. Dn. LTNCKER. *Anal. ad rubr. I. de Action.* p. 233. Sed Princeps, qui in terris à nemine mortalium potest judicari, armis ultricibus res sibi suas vindicat, & se suaque contra vim hostilem tuetur, quoniam ubi judicia deficiunt, ibi bella incipiunt. GROTIUS. *de Jur. B. & P.* l. 2. c. 1. §. 2. 1. CASP. ZIEGLER. *de jur. Maj. l. 1. c. XXXIII. §. 33.* HERM. HOFFMANN. *ad Octavii Pisani Lycurgum German.* c. 52. n. 12. Quæ omni jure indulta esse, ac licita bella, prolixè itidem demonstravit GROTIUS. *de I. B. & P. l. 1. c. 5.* addatur PUFENDORFF. *de I. N. & Gent. l. 8. c. 6. §. 3.* PAUL DE FUCHS *ad §. 2. I. de I. N. G. & C.* Et quanquam ex, quæ inter Status ac Principes nostri Imperii emergunt controversiæ, ad summa & communia Imperii judicia omnino debeant remitti, per expressum textum Instrumenti Pacis art. XVII. §. 7. *Nulli omnino Statuum liceat jus suum vi vel armis prosequi, sed si quid controversiæ, sive jam exortum sit, sive post*

K

inci-

*inciderit, unusquisque jure experiatur, secus facions  
 reus sit fracta pacis.* conf. L. B. DE LINCCKER. *Anal.  
 ad Schroved. I. Publ. P. spec. Sect. I. c. 26. §. 2.* Ni-  
 hilominus tamen qui à constatu vim experitur bel-  
 licam, recte ille opponit arma armis, dummodo  
 citra præjudicium, molestiam, aut æmulationem  
 alterius status ac defensionis gratia id fiat. vid.  
 LIMN. *Iur. Publ. l. 4. c. 8. n. 235. § 246.* & WVRMSER.  
*fascicul. Iur. Publ. c. 8. quast. 21.* Et nonnisi de of-  
 fensione cit. locus Instrumenti Pacis est interpre-  
 tandus. vid. Excell. Dn. TITIVS *specim. Iur. Publ. l.  
 3. c. 8. §. 31.* JACOB. BERNHARD. MULTZ *in Corpore Juris  
 Publ. Rom. Germ. P. II. c. V. n. 143. § 148. fol. 311.*  
 & quivis nostrorum Principum Imperii, data cau-  
 sa, adversus extraneos status bellicam confortat  
 manum. vid. Dn. STRUV. *Syntagm. Iur. Publ. Diff.  
 XXVI. §. 27.* exemplo Friderici VVilhelmi, Ele-  
 ctoris Brandenburgici, qui, propter debitum non  
 solutum Hispanorum navibus captis, passim aula-  
 rum contestatus est, sibi huc fuisse descendendum,  
 quod Hispani debitum explere abnuant, nec judex  
 sit, qui magnos debitores ad solvendum compel-  
 lat, vid. PVFENDORFF. *rer. Brandenburg. l. 18. c. XI. §.  
 10.* conf. LEMNEVS *I. Publ. l. 4. c. 8. n. 247. seqq.*

§. 50. In omni autem bello, sive ingressum,  
 sive

sive progressum ejus spectes, semper Principi ante oculos versari debet Lex Naturalis, utpote ex cujus sola & unica norma omnes omnino actiones hic veniunt æstimandæ, in id videlicet, ut bellum geratur & *justum* h. e. ex causa justa, & quoque *juste*, sc. per modum belli gerendi justum. Nam jus quoque bellicum est, contra quod temere in acie versari & manu cum hoste configere, immane quiddam & belluarum simile est. vid. CICERO *de Offic. l. 3. c. 29. & l. 1. c. 22.* ac propemodum idem esse censetur, ac magna exercere latrocinia. AVGVSTIN. *de Civit. Dei l. 1. c. 6.* GROTI. *de J. B. & P. l. 3. c. 16. §. 1. n. 2. & l. II. c. XXII. §. 2. & 3.* Quamobrem omni laude depreciamus Athenienses, penes quos Lex viguit pervetus: *Senatui bellum suscipere fas neūquam esto, nisi justum injustumve sit, prius à Philosophis ponderetur.* vid. ANTON. DE GVEVARA *Horolog. Princ. l. 2. c. 31. n. 356.* Inque limine statim armorum, promulgatione bellica opus est. GROTI. *de I. B. & P. l. 3. c. 3. §. 6.* WESSENBEC. *Conf. 45. n. 48.* Non quidem, ubi bellum habetur defensivum, seu illud, quod ad propulsandam vim suscipitur, hoc enim non à caduceatore, verum ipsa natura indicatur, juxta divi Platonis sententiam; GROTI. *de J. B. & P. l. 3. c. 3. §. 6. n. 2.* sed



potius in causa belli offensivi, quoties pro una re, res alia, aut pro debito, res debitoris invaditur, vel res eorum, qui debitori subditi sunt, occupare quis velit, aut summam potestatem habens impetatur ex debito aut delicto subditi, GROT. *cit. loco.* & KULPIS. *Colleg. Grot. Exerc. XI. ad cit. locum*, si quidem non ex templo ad arma est provolandum, sed omnia prius tentanda, annon leniori ac mitiori remedio nobis satisfiat. vid. DN. BVDDEVS *Elem. Philos. pract. P. 2. c. V. Sect. IV. §. 1. & 9.* & tunc demum ad arma perveniri oportet, cum apud adversarios & hostes nostros justitia non potest invenire locum ZIEGLER. *de jur. Majest. l. 1. c. 33. §. 33. seqq.* & *Not. ad Grot. cit. locum.*

§ 50. Deinde etiam, quousque Princeps in bellum progrediens, subditos suos ad arma capienda cogere possit, ipsi videndum est. Equidem sunt, qui hac in re absolutam Principi concedunt facultatem, forte ideo, quod subditus in Republica tale imperantis instrumentum esse dicatur, quale in familia est servus. GROT. *de J. B. & P. l. 1. c. V. §. 3.* Verum expediti sane juris est, quod subditus arma detrectans ex eo capite, quod belli justitia sibi suspecta & dubia esse videatur, ad colendum militiae vexillum adigi possit neutiquam. Sic-

ut e-

ut enim contra conscientiam dubiam nunquam est agendum, ita nemo quoque est cogendus, ut contra eam quicquam agat suscipiatve: satiusque erit tributa hominibus ejusmodi imperare, quam operam militarem. vid. Dn. BVDDEVs *Exerc. Jur. Nat. de conscribendo milite §. 10.* Vbi tamen justificæ belli causæ ad oculos fuerint demonstratæ; quarum publicatio hodie plerumque fieri moris est per peculiarem libellum publicum, quem *manifestum* vocant. vid. KULPIS. *in Colleg. Grot. Exerc. XI. adl. 3. c. 3.* BESOLDUS *in Thes. Pract. verb. Herold.* tanto minus ista exceptione subditus se tunc tueri poterit.

§. 51. At vero, si pro ipsa salute Reipublicæ bellum suscipitur, quale indigitatur in *R. I. Spire anno 1542. §.* Und dieteil nun dieser Anschlag: *ibi: Zu Schuß und Schirm unsers gemeinen Vaterlandes Teutscher Nation und unser aller Freyheit.* 2c. cujus cura Principem primario figit atque sollicitum tenet, ipsique omnia ea, quæ ad huncce finem necessaria videbantur, remedia adhibere ex voluntate populi plenissime permittit, nemini plane ambiguum est, quin vi etiam externa Princeps sibi subjectos citra omnem injuriam adigere queat, ad induendum sagum, in quantum

videlicet illud necessitatis ratio postulat, siquidem Republicæ potior, quam privatorum semper habenda est ratio. WESENBEC. *Conf. 80. n. 13.* Quam tamen vim adhibitam nemini civium gloriæ atque honori cedere judico, quum ad pugnam pro aris, & focus decernendam, verus patriæ libertatis assertor non obtorto trahi collo, sed proprio & spontaneo motu advolare debeat, simulac modo verba ipsi insonuerint: *Qui Rempublicam salvam volunt, me sequantur*, quæ Romani consulis erat vox in tumultu, teste Servio. vid. GROT. *de I. B. & P. l. 3. c. 18. §. 1. n. 4.*

§. 52. In ipso statu bellico, plenissimum jus Principi natura adversus hostem largitur, ita, ut ille non tantum periculum ab hoste sibi intentatum depellere, aut quod injuste ereptum est vel denegatum, recuperare aut extorquere, verum etiam ad cautionem de non amplius lædendo progredi possit. vid. PUFENDORFF. *de Iure Nat. & Gent. l. 8. c. 6. §. 7.* Quem in finem tum aperte, tum latenter, h. e. modo per vim & terrorem, modo per dolum & artes, quæ *stratagematum* nomine veniunt, noxam hosti inferre licitum est; cum nec quæ scias, nec quæ velis, omnia aperire aliis tenearis.

ris. GROT. *de I. B. & P. l. 3. c. 1. §. 7.* Dn. BVDD. *Elem. philos. Pract. P. 2. c. 3. Sect. 5. §. 3.* Et quoque veneno hostis potest interimi. Nam quem interficere licet, eum gladio, an veneno interimas, nihil interest. GROT. *de I. B. & P. l. 3. c. 4. §. 15.* Quoniam tamen venenum minus præcaveri & vitari potest, adeoque hominem extinguere veneno, plus esse censetur, quam gladio. JOH. RUDINGER, *observ. sing. Cent. 2. obs. 79.* hinc gentium consuetudo viguit adhuc, ut ejusmodi tela adversus invicem cessarent. Nec percussores iniuste immittuntur, maxime ex iis qui nulla fide hosti sunt obstricti. Dn. BVDD. *Elem. philos. Pract. P. 2. c. 5. Sect. 5. §. 8.* PVFEND. *de Jur. Nat. & Gent. l. 8. c. 6. §. 18.* Sed an ii, quorum opera absque perfidia inventu haberi non potest, in subsidium vocari debeant, nos haud abs re dubitamus: siquidem nostro facto ad perfidiam nemo est commovendus, quoniam quicquid alicui non facere licet, ad id nec ego eum absque peccato impellere aut sollicitare potero. GROT. *de Jur. B. & P. l. 3. c. 4. 17. n. 4. & l. 3. c. 1. §. 21.* Veruntamen devastatio, quæ ad finem belli non conducit, jure naturali omnino illicita est, quippe quod non vult alteri nocere, nullo nocentis bono. v. Dn. BVDD. *loc. cit. §. 20.* Hinc  
quam

quam optime ac sapienter nostri Imperii Recessibus cautum est, ne aratra & molendina spolientur, vinum effundatur, frumenta vel farina dispergantur. vid. *Neuter-Bestallung zu Spener de anno 1570. art. 69. & Fuß-Knechts-Bestallung de anno eod. art. 53. add. KULPRIS. Colleg. Grot. Exerc. 12. §. 3.*

§. 53. Etiam in LITIBUS subditorum componendis, egregium juris naturalis fructum sentit Princeps. Quamquam enim hodie iudicis personam ipse non sustinet, quod faciebant olim Hadrianus & Alexander Severus, Imperatores Romani, qui quocunque irent, Ictos secum ducebant, horumque consilio & auxilio litigantium causas decidebant, nec minus Carolus M. qui legem hancce dederat: hoc Missi (seu Legati) nostri notum faciant comitibus & populo, quod nos in omni septimana per unum diem ad audiendas causas sedere velimus. vid. *HOFFMANN. ad Octav. Pisan. Lycurgum German. c. 1. §. 4. & 5. sed alios viros bonos. l. 137. ff. de V. O. §. cum ita. duplicique sale conditos, nempe scientiæ, ne sint insipidi, & conscientiæ, ne sint diabolici, ut loquitur BALBUS in l. 2. C. de sententia ex brevicul. recit. substituit, qui iudicii duces sint & imperatores. ANDR. GAIL. l. 1. Obs. 42. n. 10. suaque sententia litem dirimant.*

UMMI -

UMMIUS *Disput. I. tb. 4. n. 34.* Attamen, quia justitiae fruendae causa reges constituti sunt, juxta illud Hesiodum:

*Hac una reges sapientes Lege creantur,*

*Dicere jus populis, injustaque tollere facta.*

add. HERTIVS *Elem. Prud. Civ. p. 2. Sect. 1. §. 31.* hinc negotiis judicialibus rescripta Principis toto die intervenire solent, prout omnibus & singulis, qui modo per transfennam fora eorumque acta conspexerunt, abunde manifestum est, adeoque nihil impedit, quo minus usum juris naturalis, quem Princeps hic sibi applicare habet, aliquantisper quoque explicemus.

§. 54. Quumque omnis judicii tres partes maxime necessariae sint, *Litis, Contestatio, causa utriusque disceptata cognitio, & sententia*: cognitio vero ex dictis requisitis familiam ducat, quoniam judicium suscipitur litis finiendae causa, sed lis finiri non potest, licet sit contestata, nisi prius causae utrinque disceptatae cognitio fuerit suscepta. vid. CHRISTOPH. PHILIPP. RICHTER. *de signif. Adverb. in Adverb. Cognitionaliter p. m. 128.* adeoque non major committi possit nullitas, quam quae enascitur ex omissa causae cognitione; CARPZOV. *Jurisprud. Eccles. l. 3. tit. X. Def. 122. n. 3.* evidens est, quod

L

nec

nes Princeps causæ cognitionem per rescriptum suum possit tollere. ANDR. KNICHEN *de Saxon. non. provoc. jur. c. 4. n. 15. § 16. p. m. 290.* CARPZOV. *Process. tit. 16. art. 4. n. 48. seqq.* L. B. DE LTNCKER. *Dec. 1312.* ideo scil. ne, si de plenitudine potestatis procedat, alteram disceptantium partem jure suo excludat, contra juris naturalis regulam, quæ ut neminem lædamus, perspicue præcipit.

§. 55. Deinde, quidquid ad causæ cognitionem facit, Princeps reprobare non potest, ne causam minus cognitam injusta sequatur sententia: adcoque prævia citatione, quæ principium ac fundamentum tum Processus tum defensionis est. *Der erste Eingang / Grund: Beste und wesentliches Stück /* quemadmodum edisserit JOH. RUDINGER. *observ. sing. Cent. 1. obs. 85. n. 1.* quaque omissa Princeps nihil operari potest. vid. CHILIAN. KOENIG. *in Pract. c. 25. n. 9.* non tantum actoris intentioni est auscultandum, sed & reo sua indulgeri debet exceptio, ad causæ cognitionem utilis æque ac necessaria, idque ex perpetuo hoc fundamento, ne jus quæsitum alteri auferendo, atque sic injuriam sine causa infligendo, graviter Princeps peccet, contra rectæ rationis dictamina. vid. EVERHARD. *Topic. Legal. loco 129. à plenitudine potestatis n. 12. §*

14. WE-

14. WESENBECK. *Conf.* 33. n. 44. & *Conf.* 43. n. 43. & præcipue PETR. ANT. DE PETRA. *tr. sing. de jure quas. per Princ. non tollend.* ubi tamen dubium non est, quin Princeps possit causam committere, ut exceptionibus dilatoriis remotis, in causa procedatur *argumento Clement. sæpe. de V. S. can. ex parte 13. X. de offic. jud. delegati.* modo illud intelligatur de exceptionibus, quæ apices juris respiciunt non de illis quæ æquitatis fundamentum tenent. *CONF. ZANGER. de Exception. p. 2. c. 22. n. 18.*

§. 56. Maxime vero in causis criminalibus, ubi de sanguine humano redimendo agitur, reo sua defensio indulgenda est, quippe quæ nemini deneganda. *CARPZOV. Jurisprud. Eccles. l. 2. Def. 395. n. 7.* nec ab Imperatore, neque à pontifice summo, neque statuto, neque consuetudine tolli potest, *vid. HERM. HOFFMANN. ad Octav. Pisan. Lycurgum German. c. 50. n. 1.* licet reus non habeat personam standi in judicio. *CHILIAN. KÖNIG. in Pract. c. 9. n. 1. seqq.*

§. 57. Cum enim naturali dictante ratione, innocuum lædere aut plane occidere nefas habeatur, quippe quod societati humanæ adversatur, *vid. Dn. THOMAS. Jurisprud. Div. l. 2. c. 5.* attamen contra sanctissimum illud juris naturalis decretum facile delinqui posset, si excludatur defensio, quæ

L 2

est



est deductio innocentiae ex parte rei, ne vel iniquum quid statuatur adversus eum, vel si statutum jam fuerit, ne executioni mandetur: ZIEGLER. *in Dicastice Concl. 31. §. 1.* certum quoque est, defensionem impediri non oportere. Et sane si quid aliud, imprimis defensio, favorem meretur, ad quam bruta etiam animantia naturali quodam instinctu feruntur & committuntur: nam *Et formicis sua bilis inest, habet Et musca splenem, ideoque leonibus robur, apibus aculeos, tauris cornua dedit, ut iis se defendant.* vid. LIVIUS *Histor. l. 42. c. 41.* addatur ANDR. CHRISTOPH. SCHNEIDER *in Proc. jud. Provinc. Suev. Cl. 1. tit. 5. n. 46.* VOLCKMANN. *tr. Criminalis P. 3. Conf. 25. n. 13. seqq.*

§. 58. Non tamen in infinitum debet patere defensio, sed eousque saltem, quatenus ad excusationem inculpationis & deductionem innocentiae videbatur pertinere: nam ultra hosce terminos nulla omnino praegrans ratio adferri poterit, quare ulterius Princeps defensionem indulgere debeat. Ex quibus nunc facilis erit responsio ad quaestionem: *An Princeps lege possit appellationem tollere?* Cujus negativa sententia hunc colorem habet, quod appellatio sit species defensionis, ad praesidium innocentiae & pacis stabilienae, quae nemini auferenda est.

est. JAC. BLUM. *Proc. Cam. tit. XLIV. §. 5.* L. B. DE LTNCKER. *Decis. 930.* RICHTER *Cent. regul. reg. IV. n. 26.* KÖNIG. *in Practica c. 45. n. 17. & c. 117. n. 8.* CARZOV. *Jurispr. Eccles. l. 2. Def. 395. n. 6.* Imo Appellatio est theriaca contra judicis à quo venenum, ut loquitur ANDR. KNICHEN *in Comment. de Saxon. non provoc. jure c. 2. n. 64. p. m. 248.* Adfirmanda tamen est indubie hæc quæstio, quandoquidem appellatio defensionis quidem est species, sed civilis, non naturalis juris, nisi permissivi, quam propterea Princeps tollere potest. vid. KNICHEN. *cit. loco n. 189. seqq.* LTNCKER. *Anal. ad Struv. Syntagm. Iur. Civ. tit. de Appellat. & Relat. th. 1.* ZIEGLER. *in Dicastice. Conclus. 23. §. 23. & iterum de Jurib. Maj. l. 1. c. 30. §. 19.* in eo tantum discrepans, quod appellationem non agnoscat pro specie defensionis. Hinc quoque non omnes appellationes in Camera Imperiali recipiuntur, quod exponit GVIL. RODING. *Pandect. Camer. l. 1. tit. 31.* & in causis criminalibus appellatio non procedit, de consuetudine totius Germaniæ. vid. RICHTER. *de signif. Adverb. in Adverb. Criminaliter. qu. 2. p. 181.* SCHNEIDER. *Process. jur. jud. Prov. Suev. cl. 3. tit. 4. n. 18.* KNICHEN. *de Saxon. non provocand. jure c. 2. n. 13.* GAIL. *l. 1. obs. 1. n. 27.* quod jure civili secus sese habet, ubi omnis

appellatio admiffa fuit, præterquam in hæreticis, ſchismaticis, monetæ falſatoribus & nonnullis aliis. vid. CHILIAN. KÖNIG. in *Pract.* c. 119.

§. 59. In pœnis denique infligendis Jure Naturali quidem necesse non eſt, ut fontes plectantur: finis enim pœnæ, quatenus ex ratione demonstrari poteſt, in communi emendatione conſiſtit, v. Illuſtr. THOMAS. *Jurisprud. div. l. 3. c. 7. §. 30. & 45.* lex naturæ autem neminem obligat, ut utilitatem ſuam procuret, ut potius, ſecundum regulam vulgarem, quilibet juri ſuo & utilitati valeat renunciare. RICHTER, *P. 1. Dec. 69. n. 1.* JOH. PHILIPPI *ad Decif. Elector. I. obſ. 3. n. 7.* Reis tamen, ſi puniantur, non fieri injuriam, exponit GROTIUS *de I. B. & P. l. 2. t. 20. §. 3. & 4.* Quumque Principi ſalus populi ſuprema lex ſtatuta ſit, quod & PLATO *l. 1. de Republ.* præcipit, & finis civitatis poſtulat; vid. DN. THOMAS. *Jurisprud. Div. l. 3. c. 6. n. 163.* facile intelligitur, non tantum licite principem vindicare crimina, ſed &, in quantum utilitas Reipublicæ requirit, ad ſtatuenta exempla obligari. Pone enim, cœtum latronum, quorum furori peſſimæque divexationibus provincia ſubjacuit, tandem aliquando deprehendi, an quæſo in Principis arbitrio

bitrio situm erit, ut ille prædones absolvat & impune rursus dimittat, ad majora fortassis perpetranda scelera? neutiquam sane, sed ex naturali ratione exemplum statuendum erit, quo ii, qui fortassis eodem ferebantur ingenio, à facinorosis ausibus efficaci remedio tempestive deterreantur, ac Respubl. in tuto naviget. Quatenus tamen peccata civium nec directe nec indirecte ad societatem humanam, aut ad hominem alterum spectant, iustissima erit censenda principis indulgentia. *OROT. de I. B. & P. l. 2. c. 20. §. 20.* imo etiam si singularia quædam momenta in delinquente spectanda veniant, qualia sunt ætas minor & senilis, insignis rei militaris cognitio, ~~summa~~ <sup>summa</sup> artis alicujus perita, personæ nobilitas, & vitæ antecedentis integritas, aliave similia, principis mitigatio omnino in laude poni debet. v. *STRUCK. Diff. de abusu rescriptorum moratar. c. 1. §. 14.* *STRUY. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. XLIX. th. 89.*

§. 60. Circa pœnas extinguendas & abolitionem criminum adhuc plurima erant monenda; sed tantummodo videamus paucis de præscriptione criminum seu delictorum, ane & hæc cum effectu juris naturalis concurrat, ita ut post certum temporis lapsum facultas puniendi principibus demta

demta esse videatur? Equidem tempus per se non tollit crimina, ut recte judicat BARTOLUS *ad l. eum. 56. §. qui ita 5. ff. de V. O.* Veruntamen, quoniam temporis tractu infinitis casibus defensio Rei reddi potest difficilior; sane periculosum videtur, obsoleta crimina ad inquisitionis tribunal revocare & tunc omnino fatius est, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare, quod div. Trajani Imper. Rom. Assiduo Severo rescripsit *l. 5 ff. de pœnis.* & valet responsio HIPPOLTTI a MARSILII *Consil. 16. n. 52. curiam non debere esse adeo vigilantem & avidam justitia, ut innocentibus faciat injuriam: & hinc recte constitutum est jure civili, pœnam ejus aliquatenus esse sublevandam, qui diutino tempore in reatu fuit, nec eo puniendos esse modo, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos, qui in recenti sententiam excipiunt. l. 25. ff. de pœnis.* CONF. B. SAMSTRICK. *de Actionibus investigandis. Sect. 3. membr. 2. axiom. V. seqq.*

§. 61. Quæ quum ita sese habeant, satis abundeque jam evictum atque demonstratum est, quam ingenti & prolixo usui Principibus cedat Juris naturalis scientia. Hanc proinde artem, si quam aliam maxime suam esse arbitretur, & in primis

primis colat omnis ille, quem clavus Imperii habendus sollicitum tenet, istaque volumina, quæ leges naturales tradunt, Princeps nocturna versetque diurna, neque in alio studiorum genere suum ingenium magis exerceat operamve collocet: ita enim futurum est, ut doctrinam sibi acquirat haud indecoram, nec tantummodo curiosam aut supervacaneam sed egregiam & quotidiano ulu commendabilem, & sibi suisque subditis proficuum.

§. 62. Ceterum, multo quidem prolixius ista omnia, quæ hactenus disputavimus, ut nullo negotio auferentur, amplissima hujus argumenti ubertas permittebat: Verum paucula hæc loco speciminis academici prolata nobis jam sufficiant. Vela igitur, quæ spirante divina aura expandimus, sine mora rursus benevolo Numine contrahimus lætabundi: cessa

S. D. G.

M

GE-

GENEROSISSIMO JUVENI  
RESPONDENTIS MVNIA LAV-  
DABILITER OBEVNTI

S. P. D.

P R Æ S E S.

**P**Ræclare, si quisquam alius,  
rebus Tuis consuluisti, A-  
mice generosissime, inque  
nostra hac academia talem Te præ-  
buisi, qualem & perillustis atque  
inclitus Parens Tuus, & propin-  
qui, animo ac nascendi fortuna egre-  
gii, Te omnino existere voluerunt.  
Nihil quippe a Te prætermisum est,  
sive alacritatem & studium, quo æ-  
qualium nemini concessisti, sive  
morum cultissimorum præstantiam  
dignitatemque respiciamus. Ita  
vero scientiam juris regiam, cum aliis  
artium generosarum studiis, exerci-  
tius-

tiisque equeſtribus maritaſti, inque  
eo adhuc fuiſti, ut Parentis incom-  
parabilis inſtar, de magnis aliquan-  
do Principibus & univerſa republi-  
ca inſigniter merereris. Quam enim  
præclare ac feliciter ad ſumma quæ-  
que contendas, ejus rei illuſtre op-  
pido teſtimonium atque ſpecimen,  
docta admodum atque accurata de  
jure naturæ, quatenus id in Principe  
ſpectatur, diſſertatio exhibet, pro-  
prio a Te ~~marce~~ elaborata, cumque  
omnium applauſu deſenſa. Faxit  
Deus, ut illuſtris familia Tua porro  
intelligat, nihil in Te, quod genus  
glorioſiſſimum deceat, jure a quo pri-  
am deſiderari, Patrisque in ſummum  
reipublicæ locum eveſti expectatio-  
nem ac ſpem divinis auſpiciis ſupera-  
re. Dabam Ienæ, die iix. Martii, An.  
M DCC XIV. M 2 MON-



# M O N S I E U R

**J**E vous suis fort obligé du présent, que vous m'avez fait de votre savante dissertation. Je la conserverai comme une marque précieuse de votre affection & comme une production achevée de votre travail & de votre bel esprit. Vous ne pouviez choisir une matière qui convînt mieux à vos belles connoissances & à votre condition: vous m'ontres clairement l'usage, que l'on peut faire du droit naturel dans la décision des différens, qui surviennent entre les puissances. Ce bel ouvrage vous attirera sans doute non seulement les applaudissemens des per-  
son-

*sonnes scavantes de nôtre université,  
mais encore ceux des bonnêtes gens  
de la cour, ou Monsieur vôtre Pere  
exerce les premiers emplois. & vous  
jetteres par la les fondements de l'e-  
levation, qui est destinée à vôtre me-  
rite & à votre naissance. Personne  
n'aura une joie plus sensible que moi  
de la justice que l'on vous rendra. je  
vous prie d'en etre persuadé & de me  
faire la grace de croire que je suis sans  
reserve*

**MONSIEVR**

*vôtre*

*très-humble Serviteur*

**G. J. de Hackelberg.**

**M 3**

**Der**

**D**er wunderschönen Jugend  
Will alles gern zu Dienste stehn;  
Es läßt Nie Ruhm und Ehr  
In Purpur-Mänteln gehn.  
Ihr Glanz vermehrt sich mehr und  
mehr/

So muß sich auch die Liebe mühen/  
Daß Jene / wovon Sie liebt / vergnüget sey.  
Mein Beyspiel stimmt mir bey/  
Mein Jonathan / da Glück und Ehre  
lacht/

Dient Ihm auch meine Liebe/  
Wenn sie mit ihrem Triebe  
Ihn mir vergnüget macht:  
Und tröff also der Ausspruch ein:  
Die Jugend müste auch im Lieben glück-  
lich seyn.

Mit diesen Wenigen suchte dem werthe-  
sten Herrn Autori zu gefallen

Sein ganz ergebenster Diener

H. C. von Olthoff, Pom.

TE

**TE** mox à teneris didicisse fide-  
liter artes,

Non est, quod mereat, me refe-  
rente, fidem :

**TE** quoque sectatum fundamina ju-  
ris & æqui,

• Non est, quod verbis testibus ipse  
probem.

Nam fatis ista docet **TVA** Disserta-  
tio præsens,

Ingenii partus nobilis ille **TVI**,  
Grande opus, Astræa quod diva,  
præside visum est

Prodi, qua peregre Castalis unda  
meat.

Atque ita charta levis, certissima,  
nuntia laudis,

**TE** tamen invito, cogitur esse,  
**TVÆ.**

**Hoc,**

Hoc, age, perge modo PRÆLV-  
STRIS BARO vetustis  
Nobile nominibus condecorare  
genus.

*Hicce tenuibus DN. BARONI DE NAVENDORFF  
in arenam Jctorum disputatoriam latis avibus  
tendenti acclamare, sui que memoriam de melio-  
re nota commendare debuit*

JOHANNES Scheller  
LL. Cult.







Oct





